Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0002-3

# ANALYSIS
## Libri Quarti Æneidos,
# DIDONI CARTHAGINIS REGINÆ,
ortam,

*ex*

AMORIS INSANIA,

*&*

ÆNEÆ CONSTANTIA,

# ΑΥΤΟΧΕΙΡΙΑΝ,

NOTIS & TABULIS
delineans.

*Opera*

*M. JOSEPHI SEIZII, p. t. Rect. Gymnaſii
Patrii Suevo-Halenſis.*

HALÆ SUEVORUM,
Sumptibus Authoris, excud. typis Johan-Reinhardus Laidig/
Anno Æræ Chriſtianæ MDCLVI.

# SYNOPSIS ſive ARGUMENTUM IV. LIBRI ÆNEIDOS, ex JACOBO PONTANO.

Equidò ſatis ex narrationibus antegreſſis cognovit regina, qualem quantumq; virũ hoſpitio accepiſſet: nempe quo nihil nobilius, bellicoſi⁹, laborum tolerantius, atq; ut paucis comprehendam verbis, omni virtutis laude cumulatius, atque inſignius. Quare tota in ejus amorem abiens, non ſe tenuit, quin eundem apud Annam ſororem ſingularib⁹ verbis extolleret, ac de voluntate matrimonii cum eo conjungendi liberè confiteretur, niſi perpetuæ viduitatis obligata Sichæo fides, conſilio huic adverſaretur. Verùm Anna, callida fœmina, ipſa quoque in Æneam mirè propenſa, pluribus argumentis animum Didonis labefactat, & ad negligendam jurisjurandi religionem, obtentu, & ſpe ampliſſimorum commodorum allectat. Tamen ne quid temerè, & diis inconſultis agere videantur, templa adeunt, vota concipiunt, hoſtias mactant: quæ omnia mulieri blanditiis jam tum ineſcatæ, furentiq; prodeſſe quid poterant? Ex eo veniebat, ut Trojanum circumducens, ſuas ei molitiones, operaq; eximia, & regalibus inſtituta ſumptibus demonſtraret: ut ejus neque aſpectu expleri, neque ſermonibus ſatiari poſſet: ut pervigilaret: ut ædificationes interruptas pendere ſineret. Hoc odorans, vel potius manifeſtè cernens Juno, ut Æneam in Africa retineret, Trojanorumque fata ad nihilum caderent, nec aliquando exorirentur Romani, qui Carthaginem ipſius clientam exſcinderent, pacem Veneri aſtutè offert, & ad nuptias eam inter Æneam, Didonemque approbandas cohortatur. Venus clavum clavo, ut ajunt, ac ſimulationem ſimulatione ludens, ſibi ejus deſiderium haud diſplicere prædicat, modò Jupiter auctor fiat. Id curæ ſibi futurum Juno pollicita, quo pacto, dum venationi uterque dant operam, ambos in eandem ſpeluncam per cauſam imbris, ac tempeſtatis cogere, ibiq; rei conjugalis initia expedire meditetur, enunciat. Apparatus venatorius, ipſaque venatio depingitur. Confertur ad rem Junonia machinatio. Atque is dies, quæ deinceps

ceps

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0004-4

ceps conſecuta ſunt, malorum, puta, cruciamentorum animi ob diſceſſum Æneæ, inſaniſſimarum motionum, quibus aſſiduè tanquam fluctibus tunderetur, ipſius denique voluntariæ necis, quam ſibimet ipſa conſciſcere voluit, principium, & προκαταρκτικὴ quædam fuit. Cœpit enim rem non occultè, ut antea, ſed palàm agere Dido, ſeſeq; pro Æneæ conjuge legitima gerere, & illum pro vero marito habere, haberique velle. Per univerſam Libyam fama percrebreſcit, & Jarbas Getulorum rex, quem illa ſe ambientem rejecerat, adverſus Æneam advenam ſtomacho & iracundia efferveſcit: cum Jove de impoſita ſibi, ipſo connivente, injuria expoſtulat. Mittitur Mercurius, qui Æneam ex Africa in Italiam ad res majores, Jovis nomine diſcedere jubeat. Imperata Mercurius faceſſit. Æneas certus parere mandatis cœleſtibus, quanam oratione, quo colore, & artificio reginam nihil huſcemodi ſuſpicantem aggrediatur, anxiè diſpicit: vocat duces ſuos, edicit, uti negotium tacitum habeant, diſſimulanterque ad profectionem naves inſtruant: ſe, ubi oportuniſſimum fore judicaverit, reginam compellaturum. Illam paulò ſagaciorem, res clandeſtinis agitata conſiliis minimè latet, quid agatur intelligit, furit, Æneam verbis durioribus pro perfido, ingratoque inſectatur: ſed ad extremũ humillimis eum precibus rogat, obteſtaturque ne ſe deſertam velit. Æneas crimen hominis beneficiorum obliti amolitur, abitum, Jovis juſſa proferens excuſat: aliter ſe facere citra impietatem non poſſe. Rurſus per impotentiam animi, inhumanitas & immanitas ei objicitur: qui nec precibus, nec lacrymis emolleſcat: adduntur minæ graviſſimæ: collapſam præ defectione animi dominam pediſſequæ ſublevant, & in thalamum reportant. Trojani naves deducunt, onera inferunt, ad navigandũ ſe accingunt. Regina experitur omnia, & adhuc germanam, quam ſciebat præcipuum familiaritatis locum apud Æneam tenere, ſupplicatum mittit. Fruſtra: nam heros in ſententia perſiſtit immobilis. Aliquot futuræ mortis recenſentur omina. Tandem (vide quò res evadit) ſeſe manu ſua interficiendi conſilium capit. Sorori mandat, in ædibus interioribus pyram extruat, monumenta ab hoſpite relicta ſuperimponat, quo iis crematis, ipſa amore ſolvatur: ita enim faciendum veneficam

Maſſylam ſuaſiſſe. Sed longè aliud meditabatur miſeranda mulier. Rurſum fluctuat animo, de indulto hoſpitio dolet: ſororem, à qua in fraudem acta ſit, malis verbis objurgat. Monetur per quietem Æneas, proficiſci maturet, ne à Carthaginenſibus ipſi periculum creetur. Diſcedentes aſpectans Dido, muta per fœmineam levitatem, & amentiam effutit, Trojanos deteſtatur, & quid non malorum imprecatur? Barcen anum arceſſitum ſororem ablegat, ipſa interim rogum conſcendit, illicin gladium ab Ænea fortè relictum moritura incumbit. Urbs tota infælicem caſum lamentatur. Accurrens Anna, capillum vellit, genas unguibus carpit, ſemet accuſat, cujus culpa huc perventum ſit.

Hic liber omnium ab omnibus, etiam à veteribus, elegantiſſimus eſt habitus, & eum præ cæteris crebrò fuiſſe in manibus Romæ, teſtatur *Ovid. lib. 2. Triſt.*

*Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,*
*Quàm non legitimo fœdere junctus amor.*

In quo Virgilius ingenium oſtentavit maximè, dum naturam effrenem veſani amoris in fœmina nobili ſpectandam nobis tanquam in ſpeculo exhibuit, effecitque, ut ab eo honeſtatis ſtudioſæ mentes majori ope abhorrerent: hunc etenim fuiſſe ejus ſcopum, petitum ex communi conſilio ſeu fine poëtarum, ſatis apparet. Ebrietas dicitur illa quidem inſania voluntaria; ſed impermiſſus amor magis hoc ipſum dici poteſt. En, quæ introducta eſt lib. 1 fœmina gravis, verecunda, prudens, caſta, quæ inſtabat operi, regnisq; futuris, quæ labores juſtis partibus diſtribuebat, populo jus dicebat, quæ (ut ſim brevis) perſonam regiam præclarè tuebatur, in hoc quàm eſt ſui diſſimilis? *Adeóne homines immutarier ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe?* inquit Terentius. Prudenter item ac veriſſimè Plutarchus in ἐρωτικῷ. Sicut Romæ Dictatore creato, reliqui magiſtratus abdicant omnes: ſic quos Amor dominus invaſit, liberi & manumiſſi, tanquam ſacris addicti, ſervi poſtmodum degunt. Totum librum percurre, quæque dixerit, quæq; fecerit expende: diſces, opinor, evidentiſſimè qualis carnifex ſit amor, qui non modò urat, & diſcruciet animũ:

ſed

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0006-6

ſed corpus ſimul tabefaciat, adeoque interficiat. Quot enim amantes, quæſo, non aliis ſolùm & manibus, & ſine manibus, ſed ſibimet quoque ſuis ipſorum manibus necem attulerunt? Cognoſces etiam, quam verè dixerit Ovidius, *Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur Majeſtas & amor.* Tria ſunt admiranda in hoc libro: 1. Poëtæ ingenium. 2. Amoris vis, & tyrannis. 3. Æneæ conſtantia, qui, quanquam aliquid humanũ paſſus, tamen deindè nullis fletibus movetur, nullis blanditiis emollitur, quò minus ad Dei voluntatem, arbitriumq́; fingat animum ſuum, & actiones dirigat; quem virum in aſpernandis mulierum malarum ſollicitationibus par eſt nos imitari.

## *M. Antonius Maioragius Præfat. in IV. Æneidos.*

*Cùm omnes hujus Auctoris libri ſint utiles maximè, hic profectò quartus, quem nos interpretandum ſuſcepimus, omnium utiliſſimus eſt. Nam præterquam, quod nos id vitium fugere docet, quod omnes pæne mortales illaqueat, & in maximos errores, maximaq́; ſcelera inducit (quot enim ob turpes amores facinora perpetrantur, quot amicitiarum violationes, quot contentiones, quot cædes?) etiam artem quandam orationis mirificam in ſe habet, quam, ut ſpero, vobis notam faciam: & ita graviores illos affectus concitat, ut D. ille Auguſtinus, vir ſanctiſſimus, cum Didonis querelam legeret, lacrymas ſe continere non potuiſſe fateatur. Quid de Philoſophicis quæſtionibus dicam, quibus undiq́; liber hic ſcatet?*

## Idem 4. Æneid. interpretaturus.

*Cum in omnibus ſuis operibus Virgilium admirabilem, ac verè divinum (ſiquidem divinitatis nomen poëtæ ſibi vendicant) eſſe ſemper judicarim, tum in Æneidos ſuæ libro quarto ſeipſum etiam viciſſe, atque omne ingenium ſuum, artem, & doctrinam ſuam oſtentaſſe, facile quivis paulo doctior intelligere poteſt. Quam enim ingenioſè, quam doctè in eo vires amoris indicat? Quid ad graves illos Didonis affectus, & ad amoris impotentiam oſtendendam hoc Virgiliano pöemate fieri poteſt illuſtrius, aut evidentius?*

MODESTINI.

AT regina gravi Veneris jam carpitur igne.
Conſulitur ſoror Anna: placet ſuccumbere amori.
Fiunt ſacra deis, onerantur numina donis.
Itur venatum: Veneris clam fœdera jungunt.
Facti fama volat: monitus tunc numine divum
Æneas, claſſemque fugæ ſociosque parabat.
Senſit amans Dido, precibus conata morari.
Poſtquam fata jubent, nec jam datur ulla facultas,
Conſcenditque pyram, dixitque noviſſima verba,
Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit.

POLITIANI.

*ILla avidis bibet ignem oculis, noctemq; diemq;*
*Nutriet infelix veſanum pectore amorem.*
*Venatu tandem in medio Saturnia nimbum*
*Pronuba diffundet, ſoloq; Hymenæus in antro*
*Affuerit, nullasq; faces mœſtum afferet omen,*
*Fulgoresq; dabit nymphis ululantibus æther.*
*Ipſe Iovis monitu Æneas rurſum ire per undas*
*Cogetur vento, rurſum Itala quærere regna,*
*Surgentem Auſoniæ ſolio impoſiturus Iulum.*
*At Phœniſſa rogum ſævo furioſa dolore*
*Incendet moritura, trucesq; in vota vocabit*
*Eumenidas, mox & Phrygium, prô! triſtia dona,*
*Ah niveum per pectus aget miſerabilis, enſem.*

PALLADII.

Ardet amore gravi Dido: ſoror Annaque ſuadet
Nubere: junguntur nimbo cogente ſub antro.
Incuſat precibus patrem contemptus Iarbas.
Navigat Æneas juſſu Jovis. Illa dolore
Impatiens & amore, necem ſibi protinus infert.

OVIDII.

*Quartus item miſeræ duo vulnera narrat Eliſæ.*

ALIUD.

*Vritur in quarto Dido, flammasq; fatetur.*

ALIUD.

*Ardet amans Dido fatum ſortita ſupremum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0008-7

# TABELLA GENERALIS
## LIBRI IV. ÆNEIDOS.

Quarto Libro Æneidos deſcribitur

- 1. *Amantis* Eliſæ *In-ſania, cujus*
  - 1. *Conſilia ſunt vel*
    - 1. *Humana,*
      - 1. *Didonis conſultatio. Tab. 1.*
      - 2. *Annæ ſororis ſvaſio. 2.*
    - 2. *Divina*
      - 1. *mediata, Extiſpicia. 3.*
      - 2. *immediata, colloquium Dearum*
        - 1. *inchoatū. 4.*
        - 2. *iteratum. 5.*
  - 2. *Actus in venatu conſtat*
    - 1. *Præparatione. 6.*
    - 2. *Executione. 7.*
  - 3. *Eventus eſt*
    - 1. *Evulgatio Famæ. 8.*
    - 2. *Indignatio Iarbæ. 9.*
- 2. *Conſtantis Æneæ Fuga, cujus*
  - 1. *Cauſa, Iovis mandatum, cujus*
    - 1. *Injunctio. 10.*
    - 2. *Functio, Mercurij*
      - 1. *Profectio. 11.*
      - 2. *Expeditio. 12.*
  - 2. *Conſilia ſunt*
    - 1. *Agitata. 13.*
    - 2. *Interturbata,*
      - 1. *Didonis expoſtulatione. 14.*
      - 2. *Æneæ excuſatione. 15.*
      - 3. *Didonis exprobratione. 16.*
  - 3. *Actus*
    - 1. *Præparatus. 17.*
    - 2. *Interturbatus, Didonis*
      - 1. *Supplicatione. 18.*
      - 2. *Deſperatione, cujus*
        - 1. *Cauſa. 19.*
        - 2. *Conſilia*
          - 1. *Simulata conſtant*
            - 1. *Communicatione. 20.*
            - 2. *Executione. 21.*
          - 2. *Vera. 22.*
    - 3. *Conſummatus. 23.*
  - 4. *Eventus* Αὐτοχειρία *Reginæ conſtat*
    - 1. *Antecedenti Didonis*
      - 1. *Indignatione. 24.*
      - 2. *Imprecatione. 25.*
    - 2. *Actu. 26.*
    - 3. *Conſequenti*
      - 1. *Luctu Carthaginis. 27.*
      - 2. *Lucta Didonis. 28.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0009-6

## Notæ.

a) Ex eo tempore, quo narrare cœpit. Jamdudum enim de longiori temporis ſpatio dicitur, b) Amore, ſive Synecdoche generis. ſive Metonymia effecti. c) Metaphora continuata, à corpore ad animum, ut Saucius, Vulnus, Venæ. d) Periphraſticè Didonē amore accenſam oſtendit; nam nō tantùm amor Metonymiâ effecti dicitur cæcus: ſed & Cupido ſive Amor fingitur cæcus, & pharetratus. e) Animo ſæpe obverſatur. f) Enallage numeri. g) Peripbraſis Solis. h) Illuſtrabat. Enalla. & Hyſt. Proter. quia aurora præcedit Solis ortum. i) Concordem, exhortātē, neq; diſſvadentem. k) Inſana per amorem, qui amentia quadā excæcat rationem. l) Dubiam, hæſitantem, incertam. Metaph. à corpore ad animum. m) Per reliquam noctem, quæ à fine narrationis Æneæ ſuperfuit ad aurorā; propriè ſunt inſomnia, q̄ in ſomnis videntur: & inſomnia primi ordinis vigilia. n) Huc ad nos divertit. o) Ex virtute Æneæ generis divinitatem colligit; cùm fortes creentur fortibus & bonis. p) Periphraſ. conjugii, quo fœmina it ſub jugum mariti. q) Decepit & fefellit me, morte Sichæi conjugis. r) Metonym. pro conjugio, thalam⁹ & tæda; quia in nuptiis ſternebatur lect⁹ genialis in aula, & præferebantur 5. faces, è tæda arbore, de laricum genere. s) Digamiæ, vel nuptiarum ſecundarum quarum nomen Ethnicis infame habitum. t) Fratris Pygmalionis manu. u) Movit animū meum, atq; de conſilio & propoſito abduxit. x) Impellendo labare fecit. y) Amoris & libidinis continuata Metaphora. z) Repetitio immanis obteſtationis. *Gremium, non oculorum ſinum, aut cavitatem, ut nonnulli volunt.

## Textus.

AT regina gravi [a] jam dudum ſaucia [b] cura,
[c] Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Multa viri virtus [e] animo, multusq; recurſat
Gentis honos: hærent infixi pectore [f] vultus,
Verbaq;: nec placidam membris dat cura quietem.
Poſtera [g] Phœbea [h] luſtrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimoverat umbram,
Cùm ſic [i] unanimem alloquitur [k] male ſana ſororem:
Anna ſoror, quæ me [l] ſuſpenſam [m] inſomnia terrent!
Quis novus hic noſtris [n] ſucceſſit ſedibus hoſpes!
Quem ſeſe ore ferens! quam forti pectore & armis!
Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe Deorum.
Degeneres animos timor arguit. Heu quibus ille
Iactatus fatis! quæ bella exhauſta canebat!
Si mihi non animo fixum immotumq; ſederet,
Ne cui me [p] vinclo vellem ſociare jugali,
Poſtquam primus amor [q] deceptam morte fefellit;
Si non pertæſum [r] thalami, tedæq; fuiſſet:
Huic uni forſan potui ſuccumbere [s] culpæ.
Anna, (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichæi.
Conjugis, & [s] parſos [t] fraterna cæde penates,
Solus hic [u] inflexit ſenſus, animumq; [x] labantem
Impulit: [y] agnoſco veteris veſtigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes [z] umbras Erebi, noctemque profundam:
Ante pudor quàm te violem, aut tua jura reſolvam.
Ille meos, primus qui me ſibi junxit, amores.
Abſtulit: ille habuit ſecum, ſervetque ſepulcro.
Sic effata, * ſinum lacrymis implevit obortis. Prin-

# Libri IV. Æneidos
## Tabella I. Specialis.

**Didonis Conſultatio conſtat**

- 1. Cauſa impulſiva
  - 1. interna, quæ eſt amor per expolitionem.
    - 1. gravis cura.
    - 2. vulnus in venis.
    - 3 cæcus ignis.
  - 2. externa, quæ eſt
    - 1. Ænea
      - 1. Fortitudo. 2. Proſapia.
      - 2. Pulchritudo. 2 Facundia.
    - 2. Didonis ipſius inquies nocturna.
- 2 Adjuncto tempore, per Chronographiam ſequentis diei
  - 1. à cauſa, ortu ſolis.
  - 2. ab effecto, diſcuſſione noctis.
- 3. Objecto, ſoror malè ſana ſororem alloquitur unanimem.
- 4. Forma, qua
  - 1. Captat benevolentiam, à nomine & cognatione.
  - 2. Proponit de inſomnijs, quibus animus ſuus reddatur ſuſpenſus.
  - 3. Narrat Æneæ laudes à
    - 1. ſingulari novitate & raritate.
    - 2. formæ pulchritudine.
    - 3. animi fortitudine, & gloria militari.
    - 4. generis divinitate, ex oppoſita animi
      - 1. degeneris meticuloſitate, per Epiphonema.
      - 2. illuſtris magnanimitate, per Expolitionem, ex objectis
        - 1. periculis.
        - 2. bellis.
  - 4. Confirmat
    - 1. Propoſitione hypothetica, à turpi, cujus
      - 1. antecedens, niſi obſtaret
        - 1. viduitatis votum. 2. ſecundi mariti repudium.
        - 3. prioris mariti fatum. 4. ſecundarum nuptiarum tædium.
      - 2. conſequens: nubendo Aeneæ committerem culpam.
    - 2. Approbatione, per expolitionem
      - 1. Cædis Sichæi
        - 1 ab adjuncta qualitate.
        - 2. ab efficientis immanitate.
      - 2. Amoris Aeneæ, qui Didoni
        - 1. inflexit ſenſus.
        - 2. impulit animum.
        - 3. excitavit flammas.
    - 3. Aſſumptione,
      - 1. ab imprecatione pœnæ, vel
        - 1 abſorbear à terra.
        - 2. adigar fulmine Iovis ad
          - 1. umbras Erebi.
          - 2. noctem profundam.
      - 2. à conditione culpæ: ſi violavero votum pudoris.
  - 5. Concludit repetito voto: Sichæus amorem
    - 1. ſecum abſtulit.
    - 2. ſervet ſepulchro.
- 5. Affectu ſeu geſtu lachrymas ubertim fundentis.

*Anna refert: ô luce magis dilecta* [a] *ſorori,*
[b] *Soláne perpetua mœrens carpere juventa?*
*Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?*
Id [c] cinerem, aut manes credis curare ſepultos?
*Eſto; ægram nulli quondam flexere* [d] *mariti,*
*Non Libyæ, non ante* [e] *Tyro deſpectus* [f] *Iarbas,*
*Ductoresq́; alij, quos Africa terra triumphis*
*Dives alit:* [g] *placitóne etiam pugnabis amori?*
*Nec venit in mentem, quorum conſederis arvis?*
*Hinc* [h] *Getulæ* [i] *urbes, genus inſuperabile bello,*
*Et Numidæ* [k] *infreni cingunt, &* [l] *inhoſpita Syrtis:*
*Hinc* [m] *deſerta ſiti regio, lateq́; furentes*
[n] *Barcæi: quid bella Tyro ſurgentia dicam,*
[o] *Germaniq́; minas?*
[p] *Dijs equidem auſpicibus reor, & Iunone ſecunda,*
*Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas,*
*Quam tu urbem, ſoror, hanc cernes! quæ ſurgere regna*
*Conjugio tali! Teucrûm comitantibus armis,*
*Punica ſe quantis attollet gloria rebus!*
Tu modo poſce deos [q] veniam, [r] *ſacriſq́; litatis*
[s] *Indulge hoſpitio, cauſaſq́; innecte* [t] *morandi:*
*Dum pelago deſævit* [u] *hyems & aquoſus* [x] *Orion:*
*Quaſſatæq́; rates, &* [y] *non tractabile cœlum.*
*His dictis incenſum animum inflammavit amore,*
*Spemq́; dedit dubiæ menti,* [z] *ſolvitq́; pudorem. Prin-*

a) Enallage perſonæ, pro mihi. b) Solitaria, ſine conſortis ſolatio & ſobole. c) Conjugis defuncti Sichæi. d) Libyæ proceres, qui ſe maritos fore ſperabant. e) Metonymia, pro Tyriis & Libycis populis. f) Rex Mauruſiorum, qui cùm Eliſæ per legatos ambiret nuptias, non ſine belli, ſi recuſaret, minis; illa trimeſtris ſpatij impetrata mora, ut prioris mariti placaret manes, in pyram, quam eo prætextu extruxerat, ſe conjecit, maluitq; ardere, quàm nubere. Hiſtoriam habet Juſtin9 lib. 18. contra cujus veritatem obtinuit Virgilij figmentum de Ænea. g) Amori grato repugnabis, vel pugnabis cum amore. h) Carthaginem à meridie Getulia & deſerta Libyæ, ab ortu Syrtis major, ab occaſu Numidia ſive Mauritania, à ſeptentrione mare, cingebant. i) Ita vocat timoris augendi gratia, cùm in mapalibus Getuli degerent. k) Qui equos non frænis, ſed virga regunt; hinc Martialis: & Maſſylæum virga gubernat equum, vel infræni, quia ſævi, feri, nec legibus, nec imperio parent. l) Importuoſa & inacceſſa hoſpitibus propter vada & brevia, & reciprocos æſtus: cujus accolæ Naſamones inhoſpitales omniſque humanitatis expertes naufragijs & raptu victitant. Sunt autem duæ Syrtes. m) Nec fontes, nec fluvios, nec pluvias habens. n) Populi Libyæ bellicoſi, à Barco oppido dicti, quos Afri hodie voce nonnihil depravata Baricianos nuncupant. o) Pygmalionis vindicaturi fugam ſuorum & theſauros abductos. p) Dijs propitijs, vide Adagia. q) Periurij. r) Dijs propitiatis, voto & venia impetrata per ſacrificia Dijs accepta. ſ) Da operam. t) Hærendi, ac manendi apud te. u) Tempeſtas. x) Sidus navigantibus infeſtum, ortu & occaſu tempeſtates ciens. Heliacum haud dubiè Orionis notat exortum, qui in XV. Calendas Majas, Tauro oriente, in cujus latere ſedet, incidit. y) Inclemens, propter pluvium Orionem turbantem mare tempeſtatibus. z) Quàm breviſſimè duobus verbis amantis furorem ſignificat, diſcrimine turpis & honeſti confuſo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0012-9

Annæ Suaſio conſtat
- 1. Forma, cujus
  - 1. Exordium captat benevolentiam, ab intimo amore.
  - 2. Propoſitio eſt conjuncta:
    - 1. juventus non eſt mœrore tranſigenda.
    - 2. procreandis liberis eſt opera danda.
  - 3. Confirmatio
    - 1. elevat votum,
      - 1. ab inutili, quòd vota mortuis non ſint curæ.
      - 2. à difficili, p
        - 1. minoris conceſſionem, non flexerunt te
          - 1. indefinitè, ulli mariti.
          - 2. definitè,
            - 1. Jarbas ante ſpretus.
            - 2. Proceres alij Africani bellicoſi.
        - 2. majoris exaggerationem: jam verò non potes repugnare amori.
      - 3. ab intuto,
        - 1. in genere: verſaris inter hoſtes.
        - 2. in ſpecie, eſt quod metuas
          - 1. Getulos bello invictos.
          - 2. Numidas indomitos.
          - 3. Naſamones maritimos.
          - 4. Lybiam deſertam.
          - 5. Barcæos belicoſos.
          - 6. Pygmalionem inſidioſum.
    - 2. ſuadet matrimoniũ, ab
      - 1. honeſto, per diſtributionem, à
        - 1. cauſa, voluntate deorum & Iunonis.
        - 2. effecto, appulſu Trojanorum.
      - 2. utili, ſtabilitate
        - 1. urbis.
        - 2. regni, per conjugium.
        - 3. gloriæ, Trojanorum ope.
  - 4. Complexio exhortans
    - 1. ad placandos Deos ſacrificijs.
    - 2. ad detinendum hoſpitem, cauſas prætexendo
      - 1. in genere.
      - 2. in ſpecie, quæ ſunt
        - 1. maris æſtus.
        - 2. Orionis tempeſtas.
        - 3. navium fragilitas.
        - 4. cœli aſperitas.
- 2. Effectu, qui eſt
  - 1. inflammatio amoris.
  - 2. erectio ſpei.
  - 3. ſolutio voti.

*Principiò delubra adeunt,* [a] *pacemque per aras*
*Exquirunt: mactant lectas de more* [b] *bidenteis*
[c] *Legiferæ Cereri,* [d] *Phœboque* [e] *patriq́; Lyæo,*
[f] *Iunoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ.*
*Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,*
[g] *Candentis vaccæ* [h] *media inter cornua fundit:*
*Aut ante* [i] *ora Deûm pingues ſpaciatur ad aras;*
*Inſtauratq́; diem donis, pecudumq́; recluſis.*
[k] *Pectoribus inhians,* [l] *ſpirantia conſulit exta.*
Heu vatum ignaræ mentes! [m] quid vota furentẽ,
Quid delubra juvant? [n] *eſt* [o] *mollis* [p] *flamma medul-* *(las*
*Interea, & tacitum* [q] *vivit ſub pectore vulnus.*
*Vritur infelix Dido, totaque vagatur*
*Vrbe furens, qualis conjectâ cerva ſagittâ,*
*Quam procul incautam nemora inter* [r] *Creſſia fixit*
*Paſtor* [s] *agens telis, liquitque volatile ferrum*
[t] *Neſcius: illa fuga ſylvas, ſaltusq́; peragrat*
[u] *Dictæos; hæret lateri lethalis* [x] *arundo.*
[y] *Nunc media Æneam ſecum per mœnia ducit;*
[z] *Sidoniasque oſtentat opes, urbemq́; paratam.*
*Incipit effari,* [a] *mediaque in voce reſiſtit;*
*Nunc eadem labente die convivia quærit:*
*Iliacosq́;* [b] *iterum demens audire labores*
*Expoſcit;* [c] *pendetq́;* [d] *iterum narrantis ab ore.*
*Poſt ubi* [e] *digreſſi, lumenque obſcura vicisſim*
*Luna premit, ſuadentq́;* [f] *cadentia ſidera ſomnos:*
*Sola domo mœret vacuâ, ſtratisque* [g] *relictis*
*Incubat; illum* [h] *abſens abſentem auditq́; videtq́;.*
*Aut gremio Aſcanium genitoris imagine capta*
*Detinet,* [i] *infandum ſi fallere ſi poſſit amorem.*
*Non* [k] *cœpta* [l] *aſſurgunt turres, non arma juventus*
*Exercet, portusve, aut propugnacula bello*
*Tuta parant: pendent opera interrupta,* [m] *minæq́;*
*Murorum ingentes,* [n] *æquataq́; machina cœlo.*

a) Veniam, gratiam, favorem Numinum, ut eorum pace facere liceret, quod Dido cõſtituerat, explorant & quærunt ſacrificando. b) Oves eximias. c) Θεσμοφώρῳ, quæ frugibus inventis, unâ leges, urbes, civilem vitam, conjugia ſanxit. d) Vt auſpicia mitteret bona, quæ nuptijs felicibus prævia. e) Libero, Baccho, per Antonomas. Lætitiæ libertatisque datori. f) Pronubæ & nuptiarum præſidi. g) Candidi coloris, boni ominis cauſa. h) Setis inter cornua evulſis primùm libata, ſale deinde & farre fronti inſperſis immolata, tũ vino inter cornua fuſo probata eſt hoſtia. i) Simulacra & ſtatuas Deorum. k) Diaſtole in cæſura. l) Exhalantia, palpitantia. m) Fruſtra certè Dei voluntas exquiritur, ubi caro, i. e. appetitus dominatur ſpiritui, i. e. rationi. n) Edit, conſumit. o) Molleis, molles; ſic Catullus: ignis mollibus ardet in medullis. p) Amor. Metaphoris perpetuis inhæret. q) Creſcit, augetur tacitè. r) *Cretenſia, ubi præſtantiſſimi ſagittarij.* s) *Perſequens.* t) *Latens cervam, dum percuſſit; vel activè, neſcius à ſe percuſſam cervam, adeoq́; non inſequens.* u) *Dictys mons Cretæ celebris peritis ſagittandi, cervis, & Dictamno.* x) *Sagitta, Metonymia materiæ.* y) *Affectus miſerè amantis, & artes, quibus Æneã contueri, remorari, ambire ſtudet.*

z) *Quas Tyro fugiens minas fratris extulerat ſecum: ſed cur Sidonias? quia delatis Tyrum civib9 Sidonijs, ex Tyro & Sidõe una quaſi fuit urbs facta.* a) *Amor eripit uſum tam orationis, quàm rationis.* b) *Sanioribꝰ crambe recocta alioqui eſt moleſta.* c) *Metahora.* d) *Anaphora.* e) *A toris, ubi conſiderant, vel in quibꝰ accubuerant.* f) *Occidentia, cadere vulgo apparentia.* g) *Ab Ænea.* h) *Polyptotõ, & Polyſyndeton, à natura amantis.* i) *Vtrũ forſan explere mentẽ poſſit,*

Quam

**'Extiſpicia deſcribuntur**

- 1. à ſubjecto loco, in delubro, ad aras.
- 2. à fine, veniæ petendæ gratia.
- 3. à materia, ovibus ſelectioribus.
- 4. ab objecto
  - 1. minùs principali, Cerere, Apolline, Baccho.
  - 2. principali, Junone Conjugÿ præſide.
- 5. à forma, ſive ceremonÿs Didonis, quæ
  - 1. pateram
    - 1. dextra tenet.
    - 2. inter cornua vaccæ fundit.
  - 2. ad aram obambulat.
  - 3. hoſtias iterat.
  - 4. extis avidè inſiſtit conſulendi gratia.
- 6. ab adjuncta Aruſpicum inſcitia, quæ
  - 1. proponitur, per Exclamationem.
  - 2. probatur, per Interrogationem: quid furentem juvant
    - 1. vota?
    - 2. delubra?
- 7. ab effectu, Didonis inſania, quæ exaggeratur, per
  - 1. Allegoriam,
    - 1. edit flamma medullas.
    - 2. vivit ſub pectore vulnus.
    - 3. uritur Didò, & vagatur per urbem.
  - 2. Comparationem,
    - 1. à cerva ſagitta conjecta, ad Didonem amore incenſam.
    - 2. à nemore Cretenſi, ad urbem Carthaginem.
    - 3. à paſtore perſequente telis, ad Aeneam virtutibus inflammantem.
    - 4. à paſtoris de telo infixo ignorantia, ad amorem Didonis Aeneæ incognitū.
    - 5. à fuga cervæ per ſylvas & ſaltus, ad furorem Didonis, per urbem.
    - 6. à lethali vulnere cervæ, ad Didonis αὐτοχειρίαν.
  - 3. Diſtributionem
    - 1. commiſſorum,
      - 1. interdiu
        - 1. Æneam hinc inde ducendo per urbem.
        - 2. Opes oſtentando & urbis magnificentiam.
        - 3. Sermonem inchoando & abrumpendo.
        - 4. Convivia agitando.
        - 5. Quærendo & audiendo,
          - 1. ab objecto Trojæ excidio.
          - 2. ab adjuncto deſiderio.
      - 2. noctu, per
        - 1. Chronographiam,
          - 1. ſublata Cœna.
          - 2. oriente Luna.
          - 3. urgente Somno.
        - 2. Congeriem
          - 1. triſtatur domi in ſolitudine.
          - 2. incubat ſtratis relictis.
          - 3. audit videtq́; abſentem
          - 4. complectitur Aſcanium,
            - 1. ab impulſiva.
            - 2. à fine.
    - 2. Ommiſſorum, quæ ſunt
      - 1. ædificatio turrium.
      - 2. Exercitium armorum.
      - 3. paratio portus & propugnaculorum.
      - 4. extructio murorum & machinarum.

ſit. ſatiataq́; patre in vultu filij conſpecto, amorem eludere & extinguere. k) *Amor negligentes & ad officia ſegniores facit.* l) *Metaphora ab animato ad inanimatum, pro exædificantur.* m) *Murorum extantes eminentia, quas pinnas dicimus, quæ altitudine ſua quaſi minari videntur, ad emiſſionem telorum feneſtratæ, unde propugnatores hoſtium impetus arcent.* n) *Hyperbole.*

---

*Quam ſimul ac tali perſenſit [a] peſte teneri*
*Cara Iovis [b] conjux, nec [c] famam obſtare furori,*
*Talibus aggreditur Venerem [d] Saturnia dictis:*
[e] *Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla [f] refertis,*
*Tuq́; [g] puerq́; tuus:* magnum & memorabile nomē,
[h] Una dolo divûm ſi fœmina victa duorum eſt.
*Nec me adeò fallit, [i] veritam te mœnia noſtra,*
*Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.*
*Sed quis erit [k] modus? aut quò nunc certamine [l] tanto?*
*Quin potiùs pacem æternam, pactosq́; [m] Hymenæos*
*Exercemus? habes totâ quod mente petiſti.*
[n] *Ardet amans Dido, traxitq́; per oſſa furorem.*
[o] *Communem hunc ergo populum, paribusq́; regamus*
*Auſpicijs: liceat [p] Phrygio ſervire marito,*
[q] *Dotalesq́; tuæ Tyrios permittere dextræ.*
[r] *Olli (ſenſit enim ſimulatâ mente loquutam,*
*Quo regnum Italiæ [ſ] Libycas adverteret oras)*
*Sic contrà eſt [t] ingreſſa Venus: Quis talia demens*
*Abnuat? aut* [u] *tecum malit contendere bello?*
Si modò quod memoras [x] factū [y] fortuna ſequa-
*Sed fatis incerta feror, [z] ſi Iuppiter unam* (tur.
*Eſſe velit Tyrijs urbem, Trojâq́; profectis,*
[a] *Miſcerivè probet populos, aut fœdera jungi.*
*Tu conjux, tibi fas animum [b] tentare precando.*
*Perge, ſequar.* —— ——

**Tum**

a) Auxeſis.
b) Junonis periphraſis.
c) Adverſa fama æquè, ac amore laborare.
d) Saturni filia, per Antonomaſiā.
e) Ironia amaritudinis plena.
f) Pro reportatis, militari verbo; quomodo & Livius, victoriam referre dixit,
g) Cupido, pro Aſcanio ſuppoſitus.
h) Emphaticè omnia; quot verba, tot pondera.
i) Libro I. dicebat Venus: Et vereor, quò ſe Junonia vertant Hoſpitia.
k) Finis inimicitiarum,
l) Ellipſis. Contendimus, vel opus eſt.
m) Nuptias. Metonymicè,
n) Metaphora periphraſi expolita.
o) Communibus utrumque populum auſpicijs, æquali poteſtate. Hypallage.
p) Invidioſè & virulenter, quaſi in ſervitium turpe cum ſuis ſit ceſſura, quæ Æneæ Phrygio, tanquā molli & effœminato, nupſerit: cum reſpectu ad Romanas nuptias, quæ coëmptione fiebant.
q) In dotem datos tuæ fidei & connubio committere.
r) Antiſtœchon.
ſ) In Lybicas. Ellipſis.
t) Dolos dolis eludens vulpinatur cum vulpe.
u) Emphaticè, quæ ipſa Dearum regina, Regis Saturni filia, Regis Jovis Soror, uxor.
x) Fortuna factis reſpondeat.
y) Conſultò ſatis, ubi adhibentur Fortuna, Fata, voluntas Deorum.
z) Anaphora aporematica. Utrum, an?
a) In unius populi corpus cōaleſcere.
b) Explorare.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0016-1

**Colloquium Dearum inchoatum habet**

- 2. Junonis ſuaſionē, cujus
  - 1. impulſiva eſt cognita in Didone
    - 1 amoris inſania.
    - 2. famæ negligentia.
  - 2. Objectum Venus.
  - 3. Forma conſtat
    - 1. Exordio ironico, cujus
      - 1. Protaſis: nullam reportaſti laudem cum filio.
      - 2. Ratio: quia nulla eſt proportio inter victam & vincentes.
      - 3. Expolitio, ab impulſiva Veneris
        - 1. timore.
        - 2 ſuſpicione.
    - 2. Propoſitione,
      - 1. mittamus odium.
      - 2. colamus pacem.
      - 3. deſponſemus Æneæ Didonem,
    - 3. Confirmatione,
      - 1. à jucundo, habes quod petÿſti.
      - 2. à facili ſeu opportuno, furioſo Didonis amo-(re.
    - 4. Epilogo,
      - 1. æqualiter regamus utrumq́ populum.
      - 2. Dido nubat Æneæ.
      - 3. Tyrÿ cedant in dotem.
- 2. Veneris addubitationē, cujus
  - 1. impulſiva eſt Junonis
    - 1. ſimulatio.
    - 2. intentio.
  - 2. Adjuncta reciproca ſimulatio, quâ vulpinatur cum vulpe.
  - 3. Forma
    - 1. captat benevolentiam
      - 1. approbatione conſilÿ.
      - 2. correctione, per conditionem fortunæ.
    - 2. proponit dubium ſuum de voluntate Deorum.
    - 3. confirmat à difficili: Juppiter non concedet
      - 1. Tyrios & Trojanos unà habitare.
      - 2. Populos duos
        - 1. miſceri.
        - 2. fædere jungi.
    - 4. concludit hortando ad explorandam Iovis mentem, à
      - 1. Iunonis licentia.
      - 2. ſua ipſius obſequentia.

Tum ſic [a] excepit [b] regia Iuno:
[c] Mecum erit iſte labor: nunc quâ ratione, [d] quod inſtat,
[e] Confieri poſſit, paucis (adverte) docebo.
Venatum Æneas unaque [f] miſerrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos craſtinus ortûs
Extulerit [g] Titan, [h] radiisq́; [i] retexerit orbem.
His [k] ego nigrantem commiſtâ grandine nimbum,
Dum [l] trepidant alæ, ſaltusque [m] indagine cingũt,
Deſuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.
[n] Diffugient comites, & [o] nocte tegentur opacâ.
[p] Speluncam Dido dux & Trojanus eandem
Devenient: adero: &, [q] tua ſi mihi certa voluntas,
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo.
Hîc [r] Hymenæus erit. Non adverſata petenti
Annuit, atque dolis [ſ] riſit [t] Cytherea [u] repertis.

Ocea-

a) Reſpondit ad Veneris verba.

b) Regis filia, ſcil. Saturni; Regis Jovis Soror, & uxor: Deorum Dearumque Regina.

c) Mihi has partes, hanc tranſigẽdi negotij provinciam relinque.

d) Negotium tranſigendum, de quo ſuſcepta fuit conſultatio.

e) Confici. Plus notat, quàm Fio; quod verbum etiam Cicero & Terentius habent.

f) Perditè amore ſaucia.

g) Satutni frater, Cœli & Veſtæ filius, pro ipſo Sole poſitus.

g) Fſt propriè radius lignum teres, quo menſuræ raduntur, æquanturque, aliâs hoſtorium.

i) Aperuerit nocte tectum, tenebrasque diſpulerit ſplendore & luce ſua, quâ omnia illuſtat.

k) Rectè nimbum ſe promiſit deſuper effuſuram, quòd aëri præſit, ut Juppiter cœlo, Neptunus mari, Pluto inferis: ita enim partiti inter ſe patris regnum creduntur.

l) Dum trepidè feſtinant equites, dum hinc inde citæ diſcurrunt equitum alæ, qui cum clamore feras in obſtantes plagas impellunt. Alæ autem dictæ ſunt equitum turmæ; à ſimilitudine alarum; quia circum legiones dextraque lævaque diſponuntur, perinde ut in avium corporibus, quibus illæ proteguntur, volatuique incumbunt. Alij intelligunt alatos, venatores, quod eſt certum venatorum genus.

m) Serie plagarum, formidinibus viciſſim interpoſitis, ad retinendas vel terrendas feras. Sunt autem in venatu indagines propriè canes, ab inveſtigendis, inquirendisque feris, atque adeò indagandis earum luſtris denominati. Vnde ſequitur: Odora canum vis; quòd ſcil. olfactu nullum non locum explorent.

n) In diverſum fugient.

o) Nubium caligine tempeſtuoſa.

p) Ellipſis voculæ In.

q) Siquidem conjugij Præſidi aſſentiatur amoris Dea; ſi tuum etiam ſubſequatut officium.

r) Nuptiæ, conjugium. Ab Hymenæo Argivo, qui virgines Atticas à Pelaſgis raptas defendebat, ne violarentur; unde hymnum in ejus honorem canere cœperunt, qui Hymenæus dictus.

ſ) Proprium Veneris, unde φιλομειδής Homero dicitur.

t) Venus per Antonomaſiam.

u) Compertis, intellectis, animadverſis.

- **Colloquium Dearum iteratum conſtat**
  - 1. Junonis replicatione, *cujus*
    - *1. Exordium recipit negotij conficiendi provinciam.*
    - *2. Propoſitio promittit facti*
      - *1. modum ſeu rationem.*
      - *3. brevem recenſionem.*
    - *3. Ratio, ob opportuna occaſione inſtituti venatus,*
      - *1. ab efficiente Ænea & Didone.*
      - *2. ab adjuncto tempore, ꝑ expolitionem.*
        - *1. à cauſa, ſolis ortu.*
        - *2. ab effecto, orbis illuſtratione.*
    - *3. Approbatio, à facili, tempeſtatis immiſſione,*
      - *1. ab inſtrumentali nimbo grandine commiſto.*
      - *2. ab adjuncto tempore, dum equites*
        - *1. feſtinant.*
        - *2. ſaltus cingunt.*
      - *3. à conſequente tonitru.*
      - *4. ab effecto, fuga*
        - *1. Comitum ab adjuncta caligine.*
        - *2. Didonis & Æneæ, à ſubjecta ſpelunca.*
    - *4. Expolitio ubi*
      - *1. præſupponit Veneris conſenſum.*
      - *2. promittit deſponſationis actum.*
    - *5. Clauſula conſtat Epiphonemate: Hic Hymenæus erit.*
  - 2. Veneris aſtipulatione
    - *1. annuentis ad petitum.*
    - *2. ridentis dolum.*

*[a] Oceanum [b] interea ſurgens [c] Aurora reliquit:*
*[d] It portis [e] jubare exorto delecta juventus.*
*Retia [f] raræ, [g] plagæ lato venabula ferro,*
*[h] Maſſylíq; ruunt equites, & [i] odora canum vis.*
*Reginam thalamo [k] cunctantem ad limina primi*
*Pœnorum expectant: [l] oſtroq; inſignis & auro.*
*Stat [m] ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.*
*Tandem progreditur magnâ ſtipante catervâ,*
*[n] Sidoniam picto [o] chlamydem circumdata [p] limbo,*
*Cui pharetra ex auro; crines [q] nodantur in aurum,*
*Aurea purpuream ſubnectit [r] fibula veſtem.*
*Nec non & Phrygij comites; & [ſ] lætus Iulus*
*Incedunt. Ipſe ante alios pulcherrimus omnes*
*Infert ſe ſocium Æneas, atq; [t] agmina jungit:*
*Qualis, ubi [u] hybernam [x] Lyciam, Xanthíq; flueta*
*Deſerit, ac Delum [y] maternam inviſit Apollo,*
*Inſtauratq; [z] choros: miſtique altaria circum*
*[a] Creteſq; [b] Dryopeſq; [c] fremunt, pictíq; [d] Agathyrſi:*
*Ipſe jugis [e] Cynthi graditur, [f] mollíq; fluentem*
*[g] Fronde premit crinem [h] fingens, atq; implicat auro:*
*Tela ſonant humeris: haud illo [i] ſegnior ibat*
*Æneas: [k] tantum egregio decus emitet ore.* **Poſt-**

a) Vulgi opinionē ſequitur, quod corpora cœleſtia ex Oceano credit emergere. b) Tempus venationi aptiſſimum; tunc enim feræ è luſtris in paſtū maximè prodeunt, quemadmodum & veſperi ſub occaſum Solis. c) Reſpicit ad Tithoni & Auroræ conjugium fabuloſum. d) Exit è portis. e) Lucifero jubaro, vel Sole. f) Minus denſa, in quæ compulſæ feræ capiuntur. g) Generi ſubjicitur ſpecies; nam plagæ ſunt retia rariora. h) Numidæ equites expediti, ex Maſſylia, regione Mauritaniæ vicina, in extremis oris Libyæ, haud procul ab Heſperidum hortis; quos conſtat nec ephippiis, nec frænis uti ſolitos, ſed virgis tantùm equos rexiſſe, juxta illud Lucani: Et gens quæ nudo inſiſtens Maſſylia dorſo, Ora levi flectit, frænorum neſcia, virgâ. i) Canes, ſagaces periphraſi poëtica, ut Lucretius: equorum vim, pro equis. k) Morantem ornatus gratia. Mulieres dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt, Terent. l) Quia purpuræ color ex temperatura muricis & conchilii fieri ſolet, hinc murex & oſtrum crebrò pro purpura ponuntur. m) Equ9, calceamentis ferreis ſonū edit. n) Alluſum ad tapetes ſtolasque Sidonias. o) Pallium non minùs viatorium & venatorium, quam militare. p) Limbus propriè eſt extrema rei ora; hic ad veſtis extremitatem refertur: tertiam ſignificationem veteres non habent: q) Colliguntur in nodos, quaſi reticulo quodam. r) Propriè lignum; quod diſcluſas in operibus diſtinet trabes, ut apud Cæſarem lib. IV. in pontis ædificatione: hic autem pro acu, qua veſtes ſubnectuntur, ſumitur. ſ) Alacris, hilaris, more puerorum. t) Comites, comitatum ſuum. u) Ubi vere novo ab hybernis ſuis ad æſtiva remigrans nos reviſit pulchior & alacrior. x) Aſiæ provincia, meridiem ſpectans, unde hyberna. y) Natalem Apollinis, Latonæ ſacram. z) Sacris propemodum omnibus adhibiti chori. *a*) Diaſtole in cæſura. *b*) Populi ad Parnaſſum in Apollinis tutela. *c*) Cantant hymnos, Metaph. *d*) Scythiæ populi, Sauromatæ. *e*) Montis Inſulæ Deli. *f*) Unguento fluentem. *g*) Lauro tenera. *h*) Componens. *i*) Deformior, minus alacrior. *k*) Icon.

# TAB. VI.

**Venatus præparatio deſcribitur:**

- 1. ab adjuncto tempore antelucano, per Chronographiam.
- 2. à ſubjectis, vel
  - 1. Tyriis, qui ſunt vel
    - 1. Miniſtri
      - 1. vulgares
        - 1. pedites
          - 1. ab ætate, delecta juventus
          - 2. ab inſtrumentis venatoriis.
        - 2. equites
          - 1. à ſubjecta patria.
          - 2. ab adjunctis canibus.
      - 2. nobiliores, ſatellites expectantes
        - 1. Reginam cunctantem.
        - 2. ad limina regiæ.
    - 2. Regina Dido, cujus deſcribitur
      - 1. equus
        - 1. ab ornatu.
        - 2. à generoſitate.
      - 2. heroicus progreſſus, ex comitatu
      - 3. habitus
        - 1. chlamydis,
        - 2. pharetræ.
        - 3. crinium.
        - 4. fibula aurea.
  - 2. Trojanis,
    - 1. indefinitis, qui ſunt Phrygii comites.
    - 2. definitis,
      - 1. Aſcanio, ſive Iulo læto.
      - 2. Ænea, cujus inceſſus
        - 1. proponitur
          - 1. à pulchritudine.
          - 2. à comitatu.
        - 2. illuſtratur cõparatione, cujus
          - 1. Protaſis ab Apollinis
            - 1. proficiſcentis termino
              - 1. à quo, hybernaculis Lyciæ, & Xanthi.
              - 2. ad quem, patriam Delum.
            - 2. fine inſtaurandi choros.
            - 3. comitatu
              - 1. Cretum.
              - 2. Dryopum.
              - 3. Agathyrſorum.
          - 2. Apodoſis, ab Ænea æquali
            - 1. habitu.
            - 2. dignitate.

*Poſtquam altos ventum in montes, atq;[a] invia[b]*
*Ecce, feræ[c] ſaxi dejectæ[d] vertice capræ (luſtra,*
*Decurrêre jugis: aliâ de parte, patentes*
*[e] Tranſmittunt curſu campos, atq; agmina cervi*
*[f] Pulverulenta fugâ[g] glomerant, monteſq; relin-*
*At puer[h] Aſcani⁹ medijs in vallib⁹ acri (quunt.*
*Gaudet equo:[i] jamq; hoc curſu, jam præterit illos:*
*Spumantemq; dari pecora inter[k] inertia votis*
*Optat aprum, aut[l] fulvum deſcendere[m] mõte leo-*
*Interea magno[n] miſceri[o] murmure cœlum (nem,*
*Incipit: inſequitur commiſtâ grandine nimbus.*
*Et Tyrij comites paſſim, & Trojana juventus,*
*Dardaniuſq;[p] nepos Veneris, diverſa per agros*
*[q] Tecta metu petiêre: ruunt de montibus amnes.*
*[r] Speluncam Dido[ſ] dux & Trojanus eandem*
*Deveniunt:[t] prima & Tellus & pronuba Iuno*
*[u] Dant ſignum: fulsêre ignes &[x] conſcius æther*
*Connubij, ſummoq;[y] ulularũt vertice[z] nymphæ.*
Ille dies, primus lethi, primusq; malorum
Cauſa fuit! *Neq; enim[a] ſpecie, famâve movetur,*
*Nec jam furtivum Dido[b] meditatur amorem:*
Conjugium vocat: hoc[c] prætexit nomine culpã.

a) Sine vijs; ut pervia loca, per quæ tranſiri poteſt. b) Ferarum latibula; nonnulli exponunt lamas lutoſas, quæ in ſylvis aprorum cubilia ſunt: hinc Metaphora ad Lupanarium volutabra videtur ſumpta. c) Tapinoſis montis ſcopuloſi, vel ſaxoſi; quæ capreis, ſive rupicapris ſedes.
d) Metaphora ab homine ad mõtem. e) Tranſeunt.
f) Pulveribus conſperſa.
g) Colligunt ſe, congregant.
h) Julus Patri redditus, Veneris mandatis à ſuppoſititio illo peractis. i) Delectandi gratia puerilem oſtentationem viribus majora conantem adjungit Poëta.
k) Imbellia, non repugnantia, ut cervi; capreæ.
l) Color ex rubro & viridi temperatus auro & leonibus tribuitur.
m) De monte. Ellipſis.
n) Turbari. Metaphora elegans.
o) Tonitru & tempeſtatibus; itidem Metaphora.
p) Periphraſis Aſcanii.
q) Intelligunt alii ferarum latibula, cavas arbores, antra, rupes prominentes: alii caſas tuguria, magalia, ſive mapalia.
r) Periploce, & Ellipſis In.
ſ) Æneæ periphraſis.
t) Prima tellus dicitur, quæ è Chao ante Elementa & Cœlum ipſum extitit.
u) Edunt prodigia, tanquã omina & præjudicia inauſpicatarum nuptiarum. x) Aër, qui perinde, ut Sol, omnia colluſtrat.
y) Ululatus per Metaphoram dicitur ejulatus mulierum. z) Oreades.
a) Nec præſenti turpitudine, nec futura ignominia. b) Exercet. Sic Horatius: Et horridam cultis diluviem meditatur agris. Nec incongruè; actus enim eſt in ipſa meditatione, & exercitium eſt ipſa meditatio: quanquam hæc loquendi forma non eſt in uſu.
c) Velat ſtupri conſuetudinem.

Ex-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0022-4

**Venatus executio conſtat**

- 1. *Subjecto loco, in*
  - 1. *altis montibus.*
  - 2. *in inviis luſtris.*
- 2. *Objectis feris,*
  - 1. *capris de monte fugatis.*
  - 2. *cervis*
    - 1. *campos celeriter tranſeuntibus.*
    - 2. *gregatim fugientibus.*
    - 3. *montes relinquentibus.*
- 3. *Adjuncto Aſcanij ſtudio, cujus*
  - 1. *ſubjectus*
    - 1. *locus, vallis media.*
    - 2. *equus generoſus.*
  - 2. *effectus, à contrariis,*
    - 1. *præterit imbelles.*
    - 2. *optat ſibi vel*
      - 1. *aprum.*
      - 2. *leonem.*
- 4. *Eventu*, Fuga, *cujus*
  - 1. *Cauſa eſt tempeſtas, ab*
    - 1. *antecedente murmure ventorum & tonitruorum.*
    - 2. *inſequente pluvia præcipiti & grandine.*
  - 2. *Subjectum ſunt*
    - 1. Comites,
      - 1. *per diſtributionem*
        - 1. *indefinitè, Tyrii & Trojani.*
        - 2. *definitè, Aſcanius Veneris nepos.*
      - 2. *à ſubjectis, in diverſa tecta ruſticorum per agros.*
      - 3. *ab impulſiva*
        - 1. *interna, metu.*
        - 2. *externa, amnibus ruentibus.*
    - 2. Dido *cum* Ænea,
      - 1. *à ſubjecta ſpelunca.*
      - 2. *ab adjuncto* connubio infelici, *quod deſcribitur*
        - 1. *à ſignis, ubi*
          - 1. *auſpicia ſunt terræ motus & tonitrua.*
          - 2. *faces nuptiales ſunt fulgura.*
          - 3. *auſpex eſt aër conſcius.*
          - 4. *Hymenæꝰ eſt ululatus Nympharũ.*
        - 2. *ab effectis, quorum*
          - 1. *Propoſitio p Epiphō. ille dies primus fuit cauſa malorũ Didoni.*
          - 2. *Ratio à turpi, quia*
            - 1. *nō movetur*
              - 1. *decore ſtatus ſui.*
              - 2. *fama.*
            - 2. *nec furtim exercet amorem.*
            - 3. *ſed ſtupri culpam vocat conjugium.*

*Extemplò Libyæ* [a] *magnas it fama per urbes:*
Fama, malum quo non aliud velocius ullum:
*Mobilitate viget, viresq́ acquirit eundo.*
[b] *Parva metu primò, mox, ſeſe attollit in auras:*
[c] *Ingrediturq́ ſolo, &* [d] *caput inter nubila condit.*
*Illam* [e] *terra parens, irâ irritata deorum,*
[f] *Extremam (ut perhibent)* [g] *Cœo, Enceladoq́ ſororem*
*Progenuit, pedibus celerem & pernicibus alis:*
Monſtrum horrendũ, ingens: *cui quot ſunt corpore*
*Tot vigiles oculi ſubter: (mirabile dictu;* ([h] *plumæ,*
*Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.*
*Nocte volat* [i] *cœli medio* [k] *terræq́ per umbram,*
*Stridens, nec* [l] *dulci declinat lumina ſomno:*
[m] *Luce ſedet cuſtos,* [n] *aut ſummi culmine tecti,*
[o] *Turribus aut altis, & magnas territat urbes:*
[p] Tam ficti praviq́; tenax, quàm nuntia veri,
*Hæc tum multiplici populos ſermone replebat*
*Gaudens: & pariter* [q] *facta atq́ infecta canebat:*
*Veniſſe Æneam Trojano à ſanguine cretum:*
*Cui ſe pulchra viro* [r] *dignetur jungere Dido.*
*Nunc* [ſ] *hyemem inter ſe luxu,* [t] *quàm longa, fovere,*
[u] Regnorũ immemores, turpiq́; cupidine captos
*Hæc paſſim* [x] *dea fœda* [y] *virûm diffundit in ora.*
*Protinus ad regem curſus detorquet Iarbam:*
*Incenditq́ animum* [z] *dictis, atq́ aggerat iras.*

a) In magnis urbibus citiùs ſparguntur rumores, quàm in parvis & obſcuris, ob hominum ultrò citróque commeantium frequẽtiam. b) Inter paucos parva eſt & tenuis, ſed in plures ſparſa creſcit in immenſum. c) Prodigioſam famæ magnitudinem egregiè amplificans Poëta, pedibus terram, capite cœlum contingere eandem dicit. d) Hinc rumor, cujus author incertus eſt dicitur ἀκέφαλος, ſine capite.

e) Parentes obſcuros & humiles coarguit. f) Amoturam à fratribus crimen affectati cœli, & ulturam Deos, eorum delicta divulgando: vel ideò perniciosiſſimam & deterrimam, quòd gigantes in cœlum expugnaturi famam & nomina celebria, facinoribus impiis quæſierunt. g) Ex duobus reliquos intelligit Titani filios.

h) Hyperbolica collatione à plumis, quibus fama tecta veſtitaque fingitur, ejus vigilantiam & loquacitatem amplificat, & credulitatem, ab oculorum, linguarũ, auriumq́; multitudine. i) Inter cœlum & terram media.

k) Noctis tenebras. l) Utitur Poëta ijsdem verbis, quibus in deſcriptione Viri Boni. m) Interdiu. n) Privatarum ædium.

o) Regum aulis. p) Famæ vanitatem vide; falſi ſemper eſt tenacior, quàm veri: nunquam rei detrahit, ſemper aliquid affingit.

q) Proverbialis locutio, vera & falſa famæ tribuens. Aptiſſimè autem Poëta famam gaudentem vera falſis miſcuiſſe narrat; nam primò rumores cum plauſu ſerpunt, & narrando, ut homines ſunt, aliis atq́; aliis fucis pinguntur, & quæ veriſimilia alia poſt alia adduntur, pro veris ab aliis inde referuntur.

r) Quaſi ſuperior inferiori. ſ) Hyemem totam genio indulgere; falſum hoc & infectum: nondum n. totã hyemem per luxum perdiderant. t) Hoc imitatus eſt Ovidius: Et vacuus ſomno noctem, quàm longa, peregi. Vel per Enallagen partis, nominis pro adverbio, vel per Heteroſin ſpeciei, poſitivi pro ſuperlativo. u) Hunc Italici, illam Africani. x) Famam divinitate celebrat, ut Homerus Oſſam, quam unam cum Fama eſſe exiſtimant. y) Hominum, Græca conſuetudine: eſt & Syncope.

z) Rumoribus.

Hic

**Evulgatio Famæ conſtat**

- I. Topographiâ, *ſive ſubjecto loco, per magnas Libyæ urbes,*
- II. Proſopographiâ *fictâ, ſive* Idolopœiâ,
  - *1. a definitione, cujus*
    - *1. genus: Fama eſt* Malum.
    - *2. differentia, ab adjuncta ſumma velocitate.*
  - *2. à quantitate,*
    - *1. primò parva, ob timorem, ingreditur ſolo.*
    - *2. poſt ingens à terra ad cœlum pertingit, p expolitionẽ.*
  - *3. à relatis,*
    - *1. matre Terrâ irâ Deorum irritatâ.*
    - *2. fratribus, Cao & Encelado.*
  - *4. ab adjuncta*
    - *1. pedum celeritate.*
    - *2. alarum pernicitate.*
  - *5. à forma*
    - *1. totius, monſtrum horrendum, ingens.*
    - *2. partium mirabilium,*
      - *1. quot ſunt in corpore plumæ.*
      - *2. tot oculi, linguæ, aures.*
  - *6. ab effectis*
    - *1. nocturnis,*
      - *1. volat*
        - *1. per medium cœli.*
        - *2. per umbram terræ ſtridens.*
      - *2 non capit ſomnum.*
    - *2. diurnis,*
      - *1. ſedet cuſtos aut ſuper*
        - *1. tectorum culminibus.*
        - *2. altis turribus.*
      - *2. territat urbes magnas.*
  - *7. à conſequenti vanitate, per Epiphonema, quòd ſit*
    - *1. tam aſſertrix falſi.*
    - *2. quàm nuncia veri,*
- III. Proſopopœia, *ab objecto*
  - *1. generali, Africæ populis, ubi*
    - *1. narratio*
      - *1. indefinita conſtat*
        - *1. multiplici ſermone.*
        - *2. factis atq; infectis.*
      - *2. definita de*
        - *1 Æneæ adventu.*
        - *2. Didonis conjugio*
        - *3. utriusq;*
          - *1. luxu.*
          - *2. oblivione.*
          - *3. libidine.*
    - *2. complexio, à ſparſi rumoris fœditate.*
  - *2. ſpeciali Iarba,*
    - *1. ab adjuncta curſus celeritate.*
    - *2. ab effecto, iræ accenſæ gravitate.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0025-1

Hic [a] Ammone ſatus, [b] raptâ Garamantide nymphâ,
Templa Iovi [c] centũ, latis [d] immania regnis
Centum [e] aras poſuit: [f] vigilemq́; ſacraverat ignẽ,
[g] Excubias divûm æternas: pecudumq́; cruore
Pingue ſolum, & variis [h] florentia [i] limina ſertis.
Isq́; [k] amens animi, & rumore accenſus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina divûm,
[l] Multa Iovem manibus [m] ſupplex oraſſe [n] ſupinis,
Iuppiter omnipotens, cui nunc [o] Mauruſia pictis
Gens epulata toris, [p] Lenæum libat honorem,
[q] Aſpicis hæc? an te, genitor, quũ fulmina torques,
[r] Nequicquã horremus? [s] cæciq́; in nubibus ignes
Terrificant animos, & [t] inania murmura miſcent?
[u] Fæmina, quæ noſtris errans in finibus, urbem
[x] Exiguam pretio poſuit, [y] cui littus arandum,
Cuiq́; [z] loci leges dedimus, connubia noſtra
Reppulit, ac [a] dominum Ænean in regna recepit.
Et nunc ille [b] Paris cum [c] ſemiviro comitatu,
[d] Mæoniâ [e] mentum mitrâ, crinemq́; [f] madentem
Subnixus, [g] rapto [h] potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq́; fovemus inanem.
Talibus orantem dictis, [i] arasq́; tenentem
Audiit omnipotens: oculosq́; ad mœnia torſit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.

Tunc

a) Filius Jovis Ammonis in arenoſa regione Cyrenaica ſub forma arietis culti, & Nymphæ ex gente vel patre Garamante. Baccho per deſerta Libyæ iter facienti, ſitique confecto, aries fontem oſtendit, cui quòd Jovem eſſe crederet, templum ibi erexit, eumque ab arena Ammonem appellavit.
b) Stuprata.
c) Synecdoche numeri finiti.
d) Ingentia, immenſa.
e) Singulas cum arietis ſtatua.
f) Inextinguibilem.
g) Ut Romæ ignis æternus Veſtæ.
h) Metaphora.
i) Synecdoche. l) Multùm.
m) Exprobrans, potiùs expoſtulans indignabundè.
n) Expanſis, paſſis, converſis, ſublatis ad cœlum. o) Maurorum gens in Tingitaniæ provincia, Maſſylis proxima.
p) Vinum. Baccuhs Lenæus à ληνὸς, torcular.
q) Curas hæc? r) Jovem negligẽtiæ & oſcitantiæ incuſat, & futurum dicit, ut nõ ampliùs timeatur. ſ) Bruta fulmina, fulgurationes ſine virib9, quaſi ex pelvi.
t) Omni vi carentia tonitrua.
u) Invidiam movet à ſexu.
x) Vili paratam, y) Parœmiâ ingratitudinem arguit. z) Pomœrii ad menſuram corii bubuli.
a) Contemptim per Ironiam.
b) Raptor alter. c) Molli, corpore quidem viris, animo & cultu fœminis, ſpadonibus: alludit ad Gallos, Cybeles in Phrygia ſacerdotes. d) Pileo Phrygio, ſeu habitu Lydio, viris parum decoro. Nam Mæonia eadem eſt cum Lydia. e) Caput per Synecdochen. f) Fluentem, unguentis delibutum, nitidum.
g) Rapta Didone. h) Enallage conjugationis. i) Ara priùs Aſa dicta, poſtea Anſa, itaque aræ quaſi anſæ appellatæ ſunt, quòd à ſacrificantibus eas teneri oporteret.

**Indignatio Iarbæ conſtat**

- 1. Proſopographiâ, à parentum dignitate.
  - 1. Patre Iove Hammone.
  - 2. Matre Nympha, de patria Garamantum.
- 2. Pragmatologiâ, à pietate, cujus
  - 1. Objectum, Iuppiter.
  - 2. effectum, conſecratio
    - 1. centum
      - 1. templorum.
      - 2. altarium.
    - 2. æterni ignis, & vigiliarum.
    - 3. ſacrificiorum. 4. ſertorum.
- 3. Proſopopœia Precum, quarum
  - 1. Impulſiva
    - 1. interna, animi excandeſcentia.
    - 2. externa, rumoris amarulentia.
  - 2. Subjectus locus, 1. ante aras. 2. inter media Deorum numina.
  - 3. Objectum, Iuppiter parens.
  - 4. Adjunctus geſtus, ſupplex manibus ſupinis.
  - 5. Forma conſtat
    - 1. Exordio, quo captat benevolentiam, à
      - 1. Iovis potentia.
      - 2. Gentis ſuæ reverentia, libando,
        - 1. in toris pictis.
        - 2. vinum.
    - 2. Propoſitione, qua
      - 1. objicit Iovi oſcitantiam in puniendo.
      - 2. arguit hominum irreverentiam, quâ non curaturi ſint ampliùs,
        - 1. fulmina.
        - 2. fulgura.
        - 3. tonitrua.
    - 3. Narratione injuriæ, per
      - 1. elevationem Perſonæ
        - 1 à ſexu vili.
        - 2. à fortuna tenui, qua
          - 1. profuga.
          - 2. urbem cōdidit vili pretio.
        - 3. à beneficio inſigni, quo ei dedit
          - 1. terram colendam.
          - 2. leges.
      - 2. exaggerationem facti, illa
        - 1. ſprevit meum connubium.
        - 2. recepit Æneam
          - 1. imperioſum Dominum.
          - 2. Paridem effœminatum,
            - 1. à comitatu molli.
            - 2. ab ornatu muliebri capitis, criniū.
            - 3. à raptu turpi.
    - 4. Confirmatio, à 1. ſua pietate 2. famæ vanitate.
  - 6. Effectus eſt exauditio Iovis,
    - 1. ab impulſiva ſubmiſſione
    - 2. à ſigno, torva aſpectione.
      - 1. urbis Carthaginis.
      - 2. amantum.

*Tunc ſic Mercurium*[a] *alloquitur, ac talia mandat,*
*Vade age, nate, voca*[b] *Zephorys, & labere*[c] *pennis,*
[d] *Dardaniũq́; ducem (Tyriâ Carthagine qui nunc*
[e] *Expectat,*[f] *fatisq́; datas non reſpicit urbes)*
*Alloquere, &*[g] *celeres defer mea dicta per auras.*
*Non*[h] *illum nobis*[i] *genitrix pulcherrima talem*
*Promiſit,*[k] *Grajûmq́; ideo*[l] *bis*[m] *vindicat armis:*
*Sed fore, qui gravidam imperiis, belloq́;*[n] *frementē*
[o] *Italiam regeret, genus alto à ſanguine Teucri*
[p] *Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem.*
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſuâ molitur laude laborem:
*Aſcanióne*[q] *pater*[r] *Romanas invidet arces?*
[ſ] *Quid ſtruit? aut quâ*[t] *ſpe*[u] *inimicâ in gente moratur?*
*Nec prolem*[x] *Auſoniam & Lavinia*[y] *reſpicit arva?*
[z] Naviget: hæc ſumma eſt, hic * noſtri nuntius eſto.
Dixe-

a) Extenſio in cæſura per Diaſtolē.
b) Qui te vehant Carthaginem.
c) Talaria intelligit, quæ Mercurio ſunt peculiaria, calceamenta alata.
d) Periphraſis Æneæ.
e) Moratus terit otia, vel otioſè tranſigit tempus.
f) Decreto & voluntate Deorum.
g) Hypallage, pro defer celer per auras.
h) Ab expectatione, & ſpe promiſſorum falſa.
i) Primò ipſa Venus eum peplo circumfuſum cædi ſubtraxit, inſtante Diomede; deinde per Neptunum, qui Achilli nubem objecit, ut Æneam cædi ſubtractum conſpicere non poſſet.
m) Quæ aliquando multa pareret imperia. Metaphora.
n) Et hic Metaph. ab animali ad non animal.
o) Italos, per Metonymiam.
p) Protenderet, extenderet, propagaret, proferret, vel factis oſtenderet, ſe à Teucro genus ducere, nihil à majoribus degenerando.
q) Emphaticè & patheticè, quòd naturali amore in filium parùm ducatur.
r) Hæc in laudem Julii Cæſaris dicuntur; qui ſuam originem ab Aſcanio ducebat.
ſ) Interrogatione reprehendit obiter viri luxum & otium,
t) Hiatu licenter neglexit eliſionem, Græcorum imitatione.
u) Quæ olim adverſus ejus poſteritatem crudeliſſimum odium ſit exercitatura; reſpicit ad bella Romanorum cum Carthaginenſibus.
x) Poſteritatem Romanæ gentis.
y) Ex futura Latini regis affinitate ad ſe devolvenda.
z) Clauſula Laconica mandati ſummam complectitur.
* Mandatorum noſtrorum.

# TAB. X.

**Mandati Iniunctio conſtat Cauſa**

- 1. *Adminiſtra*, Mercurio, *cui* Juppiter *loquitur & mandat.*
- 2. *Formali, cujus*
  - 1. *Propoſitio jubet Mercurium*
    - 1. *proficiſci volando, adminiculo*
      - 1. *Zephyrorum.*
      - 2. *alarum.*
    - 2. *alloqui Ænean, qui*
      - 1. *moratur Carthagine,*
      - 2. *nec moratur urbes fatales.*
    - 3. *exequi mandatum celeriter, ut Æneas diſcedat.*
  - 2. *Confirmatio, ab*
    - 1. *ab inhoneſto, per Contentionis*
      - 1. ἄρσιν, *non promiſit illum Venus tam*
        - 1. *deſidem.*
        - 2. *ingratum, à Græcorum armis bis ereptum.*
      - 2. θέσιν, *ſed fore, qui*
        - 1. *imperaret Italiæ.*
        - 2. *propagaret genus Trojanum.*
        - 3. *domaret totum orbem.*
    - 2. *ab inutili,*
      - 1. *negligentia*
        - 1. *gloriæ rerum gerendarum.*
        - 2. *laudis perſonæ ſuæ.*
      - 2. *invidentia imperii filialis.*
      - 3. *inimicitia gentis.*
      - 4. *obliviscentia*
        - 1. *poſteritatis.*
        - 2. *regni futuri.*
  - 3. *Complexio continet mandati ſummam, ut naviget.*

*Dixerat, Ille [a] patris magni [b] parere parabat*
*Imperio; & primùm pedibus [c] talaria nectit*
*Aurea, quæ ſublimem alis, ſive æquora ſupra,*
*Seu terram, [d] rapido pariter cum flamine portant.*
*Tum [e] virgam capit: hâc animas ille evocat [f] orco*
*Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit:*
*Dat ſomnos adimitq́;, & lumina [g] morte reſignat.*
*Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat*
*Nubila. Iamq́; volans [h] apicem, & latera ardua*
[i] *Atlantis duri, [k] cœlum qui vertice fulcit:* (cernit
[l] *Atlantis, cinctum aſſiduè cui nubibus atris*
*Piniferum [m] caput, & vento pulſatur & imbri.*
*Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento*
[n] *Præcipitant [o] ſenis, & glacie riget horrida barba.*
[p] *Hic primùm [q] paribus nitens [r] Cyllenius alis*
*Conſtitit: hinc toto præceps ſe corpore ad undas*
*Miſit: [ſ] avi ſimilis, quæ circum littora, [t] circum*
[u] *Piſcoſos ſcopulos, humilis volat æquora [x] juxta.*
*Haud aliter terras inter cœlumq́ue volabat,*
*Littus arenoſum Libyæ ventosq́ue [y] ſecabat,*
*Materno veniens ab [z] avo Cyllenia proles.*

a) Jovis Periphraſis.
b) Promptitudinem obſequendi vocum Syllabæ eleganter exprimunt.
c) Dicta à talis, quibus adnectuntur. Cicero proverbiali allegoria dixit: talaria inducere, pro fugam adornare, & quaſi velle quòpiam avolare.
d) Celeritate ventis pari.
e) Caduceum ab Apolline ſibi donatum, ob inventam lyram.
f) Ab inferis.
g) Alludit ad veterum Romanorũ morem, qui mortuis oculos in rogo aperiebant, cùm domi mortuis clauſi eſſent.
h) Summitatem.
i) Mauritaniæ montis.
k) Montis vertex nubes ſuperans aciem oculorum fugit, hinc ab accolis cœli columna dicebatur; alluſum ad Atlantem Mauritaniæ regem, Aſtronomiæ peritiſſimũ, cœlique motus docentem: quem Meduſæ capite conſpecto, in montem ſubitò converſum, cœlum humeris ſuſtinere dixerunt Poëtæ.
l) Anaphora rei magnitudini conveniens.
m) Atlanti ex viro in montem mutato, tribuuntur utriusq́ue & viri & montis propria, quaſi per membra; vertex, barba, mentum, latera: ſaxa, pinus, flumina.
n) Præcipitanter feruntur.
o) Propter nives, quibus caneſcit.
p) In monte Atlante. q) Leni volatu, alis immotis.
r) Mercurius per Antonomaſiam, à Cylleno monte Arcadiæ, in quo educatus.
ſ) Mergo comparat Mercurium, ſive Laro; aut Fulicæ, ſive Fulici.
t) Venuſta Anaphora. u) Piſcium refertos, ob imam concavitatem.
x) Anaſtrophe, ut in ſeq. verſu.
y) Volando dividebat.
z) Atlante, patre Maiæ, matris Mercurii, educati in monte Cylleno.

*Mercurii profectio conſtat*

- 1. *Apparatu,*
  - 1. *à ſtudio obtemperandi.*
  - 2. *ab habitu*
    - 1. *talarium aureorum,*
      - 1. *à ſubjectis, pedibus.*
      - 2. *ab effectis, quòd eum portant ſublimem, ſupra*
        - 1. *æquora.*
        - 2 *terram.*
    - 2. *caducei, ab effectis, quòd ejus ope*
      - 1. *animas vel*
        - 1. *evocat ex Orco.*
        - 2. *mittit ad Tartara.*
      - 2. *ſomnum dat, vel adimit.*
      - 3. *oculos mortuorum aperit.*
      - 4. *ventos agit, nubila tranat.*
- 2. *Termino*
  - 1. *per quem, qui eſt mõs Atlas, cujus not.*
    - 1. *adjuncta ſummitas*
      - 1. *capitis.*
      - 2. *laterum.*
    - 2. *effectus, cœlum ſuſtinet vertice.*
    - 3. *habitus*
      - 1. *capitis piniferi, quod*
        - 1. *cingitur nubibus.*
        - 2. *pulſatur ventis & imbribus.*
      - 2. *humerorum, quos tegit nix.*
      - 3. *menti præcipitantis flumina.*
      - 4. *barbæ rigentis glacie.*
    - 4. *uſus, hic Mercurius conſtitit paribus alis.*
  - 2. *ad quem, Littus Libyæ,*
    - 1. *ab adjuncta præcipiti ad undas demiſſione.*
    - 2. *à comparationis*
      - 1. *Protaſi, quemadmodum Mergus volat circa*
        - 1. *littora.*
        - 2. *ſcopulos.*
        - 3. *æquora.*
      - 2. *Apodoſi, ſic Mercurius*
        - 1. *inter cœlum & terram volabat.*
        - 2. *littus Libyæ ſecabat.*
        - 3. *cùm veniret ab avo Atlante.*

*Vt primùm alatis tetigit* [a] *magalia* [b] *plantis,*
*Æneam fundantem arces, ac tecta novantem*
*Conſpicit: atque illi* [c] *ſtellatus jaſpide fulvâ*
[d] *Enſis erat:* [e] *Tyrióq;* [f] *ardebat* [g] *murice* [h] *læna,*
*Demiſſa ex humeris: dives quæ munera Dido*
*Fecerat, & tenui telas diſcreverat auro.*
*Continuò* [i] *invadit: Tu nunc Carthaginis altæ*
*Fundamenta locas, pulchramque* [k] *uxorius urbem*
*Exſtruis?* [l] heu regni rerumq́ue oblite tuarum.
*Ipſe deûm tibi me claro demittit olympo*
[m] *Regnator, cælum & terras qui numine torquet:*
*Ipſe hæc ferre jubet* [n] *celeres mandata per auras,*
*Quid* [o] *ſtruis? aut quâ ſpe Libycis teris otia terris;*
Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe tuâ moliris laude laborem,
*Aſcanium* [p] *ſurgentem, & ſpes hæredis* [q] *Iuli*
*Reſpice; cui regnum Italiæ Romanaque tellus*
*Debentur. Tali* [r] *Cyllenius* [ſ] *ore loquutus,*
*Mortales viſûs* [t] *medio ſermone reliquit,*
*Et procul in tenuem ex oculis* [u] *evanuit auram.*

*At*

a) Barbarolexis, quâ Afrorum caſæ indicantur, quæ alio nomine mapalia dicuntur. Pœni enim lingua ſua, Magalia, villas appellant: Magar, domũ ruſticã.
b) Pedibus aligeris.
c) Stellata rutilis punctis Jaſponyche.
d) Vagina, per Metonymiam contenti; vel Synecd. partis, pro capulo ſeu vaginæ fronte.
e) Epitheton à loco, unde nobiliſſima purpura advehitur; unde veſtes Tyriæ dicuntur.
f) Metaphora, à ſimilitudine coloris purpurei.
g) Murex eſt piſcis è concharum genere, cujus in faucibus ſuccus eſt, quo tingitur purpura, unde veſtes conchiliatæ dicuntur.
h) Toga duplex, veſtis craſſa arcendo frigori idonea, amictus augutalis.
i) Infeſto animo, feroci ſpiritu, dictis atrocibus adoritur.
k) γυναικοκρατούμενος.
l) Pathos ab exclamatione.
m) Periphraſis Jovis.
n) Hypallage, i. e. me celerem tibi hæc nuntiare jubet.
o) Eruditè & decorè Legatus nihil addit, vel detrahit mandatis.
p) Eſt ſecundùm Deum, maxima pietas parentum, liberorum ſalutem & incolumitatem ſedulò curare eosque ſtudiosè promovere.
q) In Juliæ familiæ gratiam hoc dictum, cui fatis regnum Italiæ debeatur.
r) Mercurii periphraſis, ut ſupra.
ſ) Pleonaſmus. Talia locutus ore, vel tali oratione.
t) Non expectato Æneæ reſponſo.
u) Quoniam Dii nihil aliud quàm venti & ſpiritus credebantur; hinc Poëta Mercurium in auram evanuiſſe ait.

# TAB. XII.

**Mercurii Expeditio deſcribitur**

- 1. à ſubjecto loco, Carthagine, quam vocat magalia, per Mioſin.
- 2. ab objecto Ænea, cujus not.
  - 1. conatus ſeu ſtudium, per expolit.
    - 1. fundandi arces.
    - 2. novandi tecta.
  - 2. habitus,
    - 1. accinctus enſe fulvâ jaſpide ſtellato.
    - 2. indutus læna
      - 1. à colore purpureo.
      - 2. ab efficiente Didone.
      - 3. à materia, auro intertexto.
- 3. à forma, cujus
  - 1. Exordium eſt abruptum, aut nullum, à repentina invaſione.
  - 2. Propoſitio reprehenſoria, quòd
    - 1. Carthaginem extruendo hoſtem poſteris foveat.
    - 2. Gynæcocratumenos uxori ſerviat.
    - 3. ſui ſuorumq; oblitus aliena curet.
  - 3. Narratio continet
    - 1. mandantis poteſtatem
      - 1. à ſubjecto alto Olympo.
      - 2. ab effecto, mundi imperio.
    - 2. nuncij celeritatem.
    - 3. mandati qualitatem, in
      - 1. genere: quid ſtruis?
      - 2. ſpecie: cur otiaris in Libya?
  - 4. Ratio, ab inhoneſto, quod ſit negligens
    - 1. Philautiæ, dum
      - 1. non movetur gloria ſua.
      - 2. nec molitur laborem ſuper laude ſua.
    - 2. Philoſtorgiæ, dum nullam habet rationem Aſcanii
      - 1. in genere: ejus felicitatis.
      - 2. in ſpecie: Regni
        - 1. Italiæ.
        - 2. Romæ.
- 4. ab eventu, diſparitione, cujus
  - 1. adjunctum tempus, ſermone finito.
  - 2. modus,
    - 1. in medio ſermone diſparuit.
    - 2. in auram evanuit.

*At verò Æneas aſpectu obmutuit[a] amens,*
[b] *Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæſit.*
[c] *Ardet abire fugâ, dulcesque relinquere terras,*
*Attonitus tanto monitu, imperioque deorum.*
[d] *Heu quid agat? quo nunc Reginam [e] ambire furentem*
*Audeat affatu? & quæ prima exordia ſumat?*
*Atque animũ nunc huc celerem, nunc dividit illuc:*
*In partesque rapit varias, perque omnia verſat.*
*Hæc[f] alternanti potior ſententia viſa eſt:*
[g] *Mneſthea, Sergeſtumq; vocat forteq; Cloanthũ:*
*Claſſem[h] aptẽt[i] taciti, ſociosq; ad littora[k] cogãt:*
[l] *Arma parent: & quæ ſit rebus cauſa[m] novandis:*
[n] *Diſſimulent: ſeſe interea, quando optima Dido*
*Neſciat, & tantos rumpi non[o] ſperet amores,*
[p] *Tentaturum aditûs, & quæ[q] molliſſima fandi*
*Tempora, quis[r] rebus dexter modus. [s]Ociùs omnes*
*Imperio[t] læti parent, ac juſſa[u] faceſſunt.*

a) Conſternatus animo, attonitus. b) Steterunt comæ. c) Vehemẽter cupit. Metaph. Luctam autem coarguit rationis & affectuum, quaſi Spiritus ad parendũ prompti, & carnis detinentis. d) Exclamatio Poëtæ ad commiſerationem excitandam. Et enim cùm tot Reginæ merita, tot beneficia, quibus detineri potuiſſet, in eum extarent; cogitat, quàm indignè abitum ſuum latura ſit ipſa: rurſus his opponit Deorum juſſum, quib⁹ non parere religio eſſet, atq, adeò piaculum. Vicit, quã æquũ fuit vincere, Pietas; Vicit religio affect⁹ carnis, atq; oraculo ad poſtremum morem gerere conſtituit. e) Blanditiis circumvenire, vel blandis verbis aggredi, blandimenta multa dando adire. f) Variè agitanti, alternis modò hoc, modò illud conſilium capienti, reciproco inter amorẽ Didonis & juſſa Jovis æſtu.
g) Nobiliores viros Trojanos.
h) Naves inſtruant, & reficiant tempeſtatibus fractas. i) Diſſimulantes fugam, ne quid Regina ſuſpicetur; adeóq; conſiliũ tacitum habeant. k) Colligant, convocent, per Metaphoram, ex Ecloga: Tityre coge pecus. l) Defenſiva adverſus Pœnos, ſi opus ſit; vel navalia, quibus armetur claſſis. m) De novo moliendis, mutandis; vel navibus ſarciendis.
n) Ultima ſyllaba verſus præcedentis eadem cum prima hujus generat comploſionem. o) Metuat.
p) Græcis λαμβάνειν καιρὸν. q) Maximè opportuna conſilio ſuo detegendo, & indicando abitu. r) Quibus res dextrè ac benignè ſit acceptura. ſ) Nonnulli derivant hoc non ab ὠκὺ, ſed ab inuſitato, neſcio quo, Oco. t) Ob diſceſſum ex Africa in terram fatalem. u) Exequuntur.

---

*At*[a] *regina dolos* (quis fallere poſſit amantem?)
*Præſenſit:*[b] *motusq; excepit prima futuros,*
[c] *Omnia tuta*[d] *timens,*[e] *Eadem impia fama*[f] furenti
*Detulit, armari claſſem, curſumque parari.*
[g] Sævit inops animi, *totamq;*[h] *incenſa per urbem*
[i] Bacchatur: qualis commotis excita[k] ſacris

a) Amor res ſuſpicioſa. b) Fugam, indeq; orituras turbas. c) Quid vis potiùs, quam diſceſſum.
d) Sperans. e) Quæ Jarbæ nunciaverat amores Didonis. f) Didoni reginæ. g) Amor furibundus.
h) Commota, agitata per Metaph.
i) Metaphora, Furit more Baccharum. k) Orgiis Bacchi.

*Thyas;*

**Conſiliorum Agitatio conſtat**

- 1. Impulſiva,
  - 1. externa, ex aſpectu ab adjunctis, animi
    - 1. amentia, ex qua obmutuit.
    - 2. deliquio à ſignis
      - 1. comarum erectione.
      - 2. vocis defectione.
  - 2. interna, deſiderio abeundi
    - 1. à ſubjecto, dulci terra.
    - 2. ab impulſiva, juſſu Deorum.
- 2. Forma, ratione ſubjecti, vel
  - 1. ſolitaria quæ fit
    - 1. Propoſita quæſtione, p exclamationem,
      - 1. quid agat?
      - 2. quomodo compellet Didonem?
      - 3. unde exordium ſumat?
    - 2. Inſtituta diſcuſſione, per expolitionem, in utramq; partem animum
      - 1. dividit.
      - 2. rapit.
      - 3. verſat.
    - 3. Illata concluſione potioris ſententiæ.
  - 2. Socia, quæ eſt Communicatio
    - 1. à ſubjectis, cum quibus facta
      - 1. Mneſtheo.
      - 2. Sergeſto.
      - 3. Cloantho.
    - 2. à fine, reſpectu
      - 1. Sociorum, de paranda fuga, ut
        - 1. Claſſem aptent taciti.
        - 2. ſocios ad littora cõvocent.
        - 3. arma parent.
        - 4. cauſam diſſimulent.
      - 2. ſui, de Regina
        - 1. convenienda, cùm talia
          - 1. neſciat.
          - 2. non ſperet.
        - 2. compellanda,
          - 1. ab opportuno.
          - 2. à dextro proponendi modo.
- 3. Executione, ab obtemperandi
  - 1. celeritate.
  - 2. hilaritate, per expolitionem.

*[l] Thyas, ubi audito [m] ſtimulant [n] trieterica Baccho*
*[o] Orgia, nocturnusq́ vocat clamore [p] Citharon.*
*Tandem his Æneam compellat vocibus ultrò,*
*[q] Diſſimulare etiam ſperaſti [r] perfide tantum*
*Poſſe nefas? tacitusq́ [ſ] meâ decedere terrâ?*
*Nec te noſter [t] amor, nec te data dextera quondam,*
*Nec moritura tenet crudeli [u] funere Dido?*
*Quin etiam [x] hyberno moliris ſidere claſſem,*
*Et mediis properas [y] aquilonibus ire per altum,*
*[z] Crudelis! quid? ſi non arva aliena, domosq́*
*Ignotas peteres? & Troja antiqua maneret?*
*Troja per undoſum peteretur claſſibus* æquor?
*Mene fugis? per ego has lacrimas, dextramq́ tuam, te,*
*(Quando [a] aliud mihi jam miſeræ nihil ipſa reliqui)*
*Per connubia noſtra, per [b] inceptos hymenæos,*
Si bene quid de te merui, [c] fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: *miſerere [d] domûs labentis, & iſtam*
Oro (ſi quis adhuc precibus locus) [e] exſue mentē.
*Te propter Libycæ gentes, Nomadumq́ [f] tyranni*
*Odêre, infenſi Tyrii: [g] te propter eundem*
*Exſtinctus pudor, &, quâ ſolâ [h] ſidera adibam,*
*[i] Fama prior. Cui me [k] moribundam deſeris, hoſpes?*
*Hoc ſolum [l] nomen quoniam de conjuge reſtat.*
*Quid [m] moror? an mea Pygmalion dum mœnia [n] frater*
*Deſtruat? aut captam ducat Getulus [o] Iarbas?*
*Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet*
*Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi parvulus aulâ*
*[p] Luderet Æneas, qui te tantum [q] ore referret;*
*Non equidem omninò [r] capta aut deſerta viderer.*

l) Bacchi Miniſtra, à θύω.
m) Incitant. Metaphora.
n) Triennalia.
o) Sacra Bacchi.
p) Mons Bœotiæ nocturnis Orgiis reſonans.
q) Orationis hujus emphaſin explicat Scalig. lib. 3. c. 23. de Re Poët.
r) In perfidia, diſſimulatione, ingratitudine exprobranda inſiſtit.
ſ) Emphaſis in pronomine.
t) Pathos.
u) Morte, quam ipſa mihi conſciſcam.
x) Tempore intempeſtivo, tempeſtuoſis ac pluviis ſignis.
y) Qui navigantibus ex Africa in Italiam contrarii.
z) In teipſum odio mei.
a) Poſtquam & pudoris jacturam feci, & regnum neglexi.
b) Quos novitate etiamdum dulces eſſe par erat.
c) Conſuetudinem amoris honeſtè tegit Periploce.
d) Familiæ perituræ, ſi me deſeris.
e) Depone animum deſerendi me.
f) Reges Numidiæ.
g) Mirum pathos habet pronominis repetitio.
h) Hyperbole. *i)* Pudicitiæ.
k) Te digreſſo mox moritutam.
l) Hoſpitis. *m)* Cur protraho mortem quid ceſſo?
n) Ulturus fugam.
o) Ulturus ſpretum ambitum.
p) Puerorum proprium; nam παῖδες ἀπὸ τοῦ παίζειν.
q) Cùm te præſentem in vultu ſobolis obtuerer.
r) Captiva.

Di-

# TAB. XIV.

**Didonis Expoſtulatio conſtat**

- 1. Impulſiva
  - 1. externa, quæ eſt Fugæ præſenſio, per
    - 1. Exclamationem: quis fallere poſſit amantem?
    - 2. Expolitionem,
      - 1 præſenſit dolos.
      - 2. excepit motus futuros.
      - 3 ſperavit omnia tuta.
    - 3. Ætiologiam ex Famæ relatione, ab
      - 1. adjuncta impietate.
      - 2. objecta
        - 1. claſſis armatione.
        - 2. curſus paratione.
  - 2. interna, Furore Didonis, per
    - 1. Expolitionem
      - 1. ſævit inops animi.
      - 2. bacchatur per urbem.
    - 2. Comparationem: qualiter
      - 1. Bacchæ excitantur.
      - 2. Orgiis triennalibus.
      - 3. Cithærone reſonante.
- 2. Objecto Ænea, quem, cùm nec diutius iram continere, nec indignitatē concoquere poſſet, tandem alloquitur.
- 3. Forma, cujus
  - 1. Propoſitio objurgat, quòd perfidè voluerit
    - 1. diſſimulare nefariam fugam.
    - 2. tacitus decedere ex Africa.
  - 2. Confirmatio, cujus argumenta
    - 1. Ethica
      - 1. ab inhoneſto, per incrementum; eſt tibi
        - 1. turpe, amorem rumpere.
        - 2. turpius, datam fidem frangere.
        - 3. turpiſſimum, ad αὐτοχειρίαν me adigere.
      - 2. ab intempeſtivo, quod
        - 1. proponitur,
          - 1. à tempore hyberno.
          - 2. à ſæviente aquilone.
        - 2. illuſtratur à majori, cujus
          - 1. antecedens ſi
            - 1. non peteres terras ignotas.
            - 2. ſed Troja ſtaret.
          - 2. conſequens: tamen non petere Trojam deberes.
    - 2. Pathetica, ab
      - 1. inhoneſto, cujus
        - 1. Protaſis: turpiter me fugis.
        - 2 Ratio, quia oro te per
          - 1. lacbrymas meas.
          - 2. dextram tuam.
          - 3. nuptias cœptas.
        - 3. Approbatio, à meritis fidei conjugalis.
        - 4. Complexio:
          - 1. miſerere familiæ perituræ.
          - 2 exue mentem deſerendi.
          - 3 ſi modo locus orandi.
      - 2. inutili.
        - 1. odio 1 Libyæ gentium. 2 Numidiæ regum. 3. Tyriorum.
        - 2. diſpendio 1. pudicitiæ. 2. famæ. 3. vitæ, ob fugam.
          - 1. jam hoſpitis.
          - 2. quondam conjugis.
        - 3 periculo. 1. Pygmalionis. 2. Iarbæ.
      - 3. injucundo, prolis fruſtratione, per
        - 1. antecedens, quia nondū
          - 1. ſuſcepi ex te prolem.
          - 2. nec ludit in aula 1. parvulus Æneas, 2. tui imago.
        - 2. conſequens: ideò videor capta, deſerta.
  - 3. Cõcluſio abrupta ægra cõveniens.

*Dixerat, ille Iovis monitis [a] immota tenebat*
*Lumina, & [b] obnixus curam ſub corde premebat.*
*Tandem pauca refert: Ego te, quæ plurima fando*
*Enumerare vales, nunquam regina negabo*
*Promeritam: nec me meminiſſe pigebit [c] Eliſæ,* (tûs.
Dum [d] memor ipſe mei, dũ ſpiritus hos reget ar-
[e] *Pro re pauca loquar: [f] nec ego [g] hanc abſcondere furto*
*Speravi (ne finge) fugam, nec [h] conjugis unquam*
*Prætendi [i] tedas, aut hæc in [k] fœdera veni.*
*Me ſi fata meis [l] paterentur ducere vitam*
[m] *Auſpiciis, & [n] ſponte meâ componere curas:*
[o] *Vrbem Trojanam primùm dulceſq; meorum*
*Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent,*
*Et [p] recidiva manu poſuiſſem Pergama victis.*
*Sed nunc Italiam magnam [q] Grynæus Apollo,*
*Italiam [r] Lyciæ juſsêre capeſſere ſortes.*
Hic amor, hæc patria eſt! *ſi te Carthaginis arces*
*Phœniſſam, Libycæq; aſpectus detinet urbis:*
*Quæ tandem Auſoniâ Teucros conſidere terrâ*
*Invidia eſt? [ſ] & nos fas extera quærere regna.*
*Me patris Anchiſæ, [t] quoties humentibus umbris*
*Nox operit terras, quoties aſtra [u] ignea ſurgunt,*
*Admonet in ſomnis & turbida terret imago:*
*Me puer [x] Aſcanius, capitiſq; [y] injuria cari,*
*Quem [z] regno Heſperiæ fraudo & fatalibus arvis.*
*Nunc etiam [a] interpres divûm, Iove miſſus ab ipſo*
*(Teſtor utrumq; [b] caput) [c] celeres mandata per auras*
*Detulit: ipſe Deum manifeſto in lumine vidi*
*Intrantem muros, vocemq; his [d] auribus [e] hauſi.*
*Deſine meq; tuis incendere teq; querelis:*
*Italiam [f] non ſponte [g] ſequor.*

*Talia*

a) Immotos oculos. b) Obfirmat animo obſtinatus. c) Enallage Perſonæ. d) Perelegans copia. e) Pro rei veritate, cui paucis verbis opus eſt. f) Nec clàm adornavi fugam, nec fieri poſſe id ſperabam. g) Profectionem. h) Conjugii. Nec matrimonio me tibi obſtrinxi. i) Metonymia ſigni pro ſignato. k) Non eo fine huc delatus ſum. l) Voluiſſent. m) Meo arbitrio, ut ego vellem, vel optarem. n) Arbitratu meo deliberare. o) Patriæ ruinas reſtaurare contenderem. p) Ex caſu reſtituta, quæ poſt interitum redeunt inſtaurata, priſtinæ dignitati reddita. q) A nemore ei ſacro, circa Gryneam Ætoliæ urbem, poſtea dictam Clazomenen, ubi celebre Apollinis erat Oraculum. r) Patara urbs Lyciæ, oraculo & templo Apollinis clara. ſ) Nos coacti Oraculis Italiam petimus, tu ſponte huc trajeciſti. t) Singulis noctibus. u) Lucida, vel naturæ igneæ, ut quibuſdam Philoſophis placitum eſt. x) Ellipſis. Movet. y) Quam illi infero, defraudando eum Italia. z) Fatis ei debito. Videtur hoc dixiſſe in gratiam familiæ Juliæ. a) Hermes Mercurius, ab ἑρμηνεύειν. b) Meum & Aſcanii. Per caput hoc juro, per quod pater ante ſolebat. c) Hypallage. Ipſe celer mandata ad me attulit per auras. d) Pleonaſmus. e) Periphraſtica Acyrologia, pro audivi. f) Invitus. g) Semper viſam nos fugere.

**Æneæ Excuſatio deſcribitur**

- 1. ab adjuncto
  - 1. habitu oculorum, quos Iovis monitu tenet immotos.
  - 2. affectu cordis, cujus repugnat ſollicitudini.
  - 3. affatu tardato & conciſo.
- 2. à Forma, qua conſtat
  - 1. Exordio, quo captat
    - 1. Benevolentiam, à perſona
      - 1. Reginæ, quam laudat à beneficiorum multitudine.
      - 2. ſua, promiſſa gratitudine, ſe nolle unquam
        - 1. beneficia inficiari.
        - 2. Didonis obliviſci, quoad vixerit, per expolitionem.
    - 2. Attentionem, promiſſa brevitate defenſionis.
  - 2. Propoſitione, qua negat
    - 1. occultum ſeu furtivum abitum, quem illa falsò fingat fugam.
    - 2. conjugium, per expolitionem,
      - 1. non prætendi nuptias.
      - 2. nec veni, ut matrimonium inirem.
  - 3. Confirmatione
    - 1 firmiori,
      - 1. à Fatis, per connexionis
        - 1. antecedens: ſi fata me ſinerent
          - 1. ducere vitam meis auſpiciis.
          - 2. pro arbitrio meo vivere.
        - 2. conſequens: tunc inſtaurarem
          - 1. Trojam, per Pathopœiam.
          - 2. Ilium. 3. Pergama.
      - 2. ab Oraculis, quorum
        - 1. Efficiens Apollo à ſubjecto,
          - 1. nemore Grynæo.
          - 2 in Lycia.
        - 2. Materia, de capeſſenda Italia.
        - 3. Effectum, ſuum deſiderium, per Epiphonema.
    - 2. leviori,
      - 1 à Didonis exemplo, per Cõparationis
        - 1 protaſin: ſi licuit tibi
          - 1. è Phœnicia in Africã proficiſci.
          - 2. Carthagĩe extructa delectari.
        - 2 apodoſin:
          - 1. iniquum eſt, invidere mihi Italiam.
          - 2 æquum eſt, me quærere regnum.
      - 2. ab Anchiſæ monito, cujus
        - 1. adjunctũ tempꝰ nocturnum, per expol. quoties
          - 1 nox operit terras umbris.
          - 2 aſtra ignea ſurgunt.
        - 2. à forma imaginis terrentis turbida.
      - 3. ab Aſcanii regno, ubi
        - 1. Protaſis, per Pathopœiam: movet me injuria, qua filium afficio.
        - 2. Ætiologia, quia fraudo eundem deſtinato regno.
    - 3. firmiſſimâ, mandato Iovis,
      - 1. ab adminiſtra cauſa, Mercurio, cum atteſtatione ſancta.
      - 2. ab adjuncta celeritate.
      - 3. à teſtimonio ſenſuũ,
        - 1. viſus,
          - 1. ab adjuncto lumine.
          - 2. à ſubjecto loco, intra mœnia.
        - 2. auditꝰ, his auribꝰ vocem hauſi.
  - 4. Concluſione pathetica, cujus
    - 1. Propoſitio: noli querelis eſſe mihiq; tibiq; moleſta.
    - 2. Ratio, quia invitus Italiam ſequor.

*Talia dicentem jamdudum* [a] *averſa tuetur,*
*Huc illuc volvens oculos:* [b] *totumq́ pererrat*
*Luminibus* [c] *tacitis, & ſic* [d] *accenſa profatur:*
[e] *Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus autor,*
[f] *Perfide: ſed* duris genuit, te cautibus horrens
[g] Caucaſus, [h] Hyrcanæq; admorũt ubera tigres.
*Nam quid diſſimulo? aut quæ me ad majora reſervo?*
*Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?*
*Num lacrymas victꝰ dedit? aut miſeratꝰ amantem eſt?*
[i] *Quæ quibus anteferam? jamjam nec maxima* [k] *Juno,*
*Nec* [l] *Saturnius hæc oculis pater adſpicit æquis.*
[m] Nuſquam tuta fides! *ejectum littore* [n] *egentem*
*Excepi, & regni demens in parte locavi:*
*Amiſſam claſſem; ſocios à morte reduxi.*
[o] *Heu furiis incenſa feror!* [p] *nunc augur Apollo,*
*Nunc Lyciæ ſortes, nunc & Jove miſſus ab ipſo*
*Interpres divûm fert horrida juſſa per auras.*
[q] Scilicet is ſuperis labor eſt: ea cura quietos
Sollicitat: [r] *neq́ te teneo, neq́ dicta refello.*
*I, ſequere Italiam ventis, pede regna per undas:*
*Spero equidem* [ſ] *mediis* (ſi quid pia numina poſſunt)
*Supplicia* [t] *hauſurum ſcopulis, & nomine* [u] *Dido*
*Sæpe vocaturum: ſequar atris ignibus abſens:*
*Et, cum frigida mors animæ ſeduxerit artus,*
*Omnibus umbra locis* [x] *adero: dabis, improbe, pœnas.*
*Audiam,* [y] *& hæc manes veniet mihi fama ſub imos.*
*His medium dictis ſermonem abrumpit & auras*
[z] *Ægra fugit: ſed ex oculis avertit & aufert,*
*Linquens* [a] *multa metu cunctantem, & multa parantẽ*
*Dicere: ſuſcipiunt famulæ, collapſaq́ membra*
[b] *Marmoreo referunt thalamo, ſtratiſq́ reponunt.*

*At*

a) Irata, rectà intueri dedignata, vel non ſuſtinens. b) Æneam.
c) Hypall. Ipſa tacita perluſtrat, oculis ægris, cum indignatione & faſtidio. d) Ira exagitata, Metaph.
e) Perpendit hanc Orationem Juliꝰ Scaliger, lib. 3, c, 23. Poëtices.
f) Affectui Didonis eſt hoc tribuẽdum, quæ videns nihil valuiſſe preces, ad convicia ſe vertit.
g) Mons Indiam à Scythia dividẽs, omnium ferè maximus & altiſſimus, Promethei ſupplicio notiſſimus. h) Hyrcaniam Scythiæ intelligit, tigribus, pantheris, pardis, & ſimilibus abundantiſſimã.
i) Quid prius, quid poſterius dicã? querarne Deorum neglectum, an hominis injuriam?
k) Urbis meæ, conjugiique præſes.
l) Antonom. Jupiter Saturni filius.
m) Non eſt tutum quenquam in fidem recipere, aut de quodam bene mereri. n) Cùm hoſpitio prohiberetur arenæ, claſſe quaſſa.
o) Injuriæ indignitas mentem tollit de cardine, rationem luxat, in furias me agit.
p) Amara Ironia, qua objecta iiſdem ferè verbis confutantur, & Mimeſi repetuntur. q) Elevatio ironica, ex Epicuræis placitis.
r) Conceſſio Ironica.
ſ) Inter Africam & Italiam.
t) Luiturum, pœnas daturum.
u) Enallage Perſonæ.
x) Veterum opinio fuit, infeſtari vivos ab umbris eorum, quibus injuſtæ necis cauſæ fuerunt.
y) Ad inferos mihi perferentur tuæ calamitates, quibus delectabor.
z) Præ iræ impotentia, animique ægritudine miſeræ delinquit anima, exanimatur ipſa, nec reſpirat exanimata.
a) Metu Didonis meditantem ſui defenſionem.
b) Epitheton, à materia, reginæ magnificentiam oſtendens.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0040-4

# TAB. XVI.

**Didonis Exprobratio deſcribitur**

- 1. ab adjuncto habitu & geſtu, qui eſt
  - 1 averſus intuitus. 2 oculorum circumactus.
  - 3 tacitus aſpectus & torvus. 4. indignationis æſtus.
- 2. à Forma, quæ conſtat
  - 1. Exordio, ab Æneæ duro genere, cuj9
    - 1. Protaſis per
      - 1. ἄρσιν, tibi non eſt
        - 1. Venus mater.
        - 2. Dardan9 author generis,
      - 2. θέσιν, ſed
        - 1. genitor Caucaſus ſaxoſus.
        - 2. nutrices tigres.
    - 2 Ratio: nihil enim vel in eo diſſimulandū, vel ab eo ſperandum.
    - 3. Approbatio, à ſigno diſſimilis affectus
      - 1. non ingemuit ad fletum, aut flexit oculos.
      - 2. nec lachrymas dedit, aut miſerat9 eſt amātē.
  - 2. Propoſitione, in qua eſt turbata dubitatio, quænam querelarum alteri ſit anteferenda.
  - 3. Cõfirmatione, à turpi, qua exprobrat
    - 1. injuriam Diis 1. Iunoni. 2. Iovi.
    - 2. Æneæ ingratitudinem, ubi
      - 1. Propoſitio, per Epiphonema: nemini tutò licet fidere.
      - 2. Ratio à beneficiis præſtitis,
        - 1. egeni Æneæ exceptione.
        - 2. regni communicatione.
        - 3. claſſis refectione.
        - 4. ſociorum defenſione.
      - 3. Complexio, per Exclamationē furoris ſui.
  - 4. Conſultatione, cujus
    - 1. Hypophora conſtat Mimeſi mandati divini,
      - 1. a cauſis
        - 1. Apolline.
        - 2. Mercurio Iovis nuntio.
      - 2. ab effectis, horrendis juſſis.
    - 2. Anthypophora
      - 1. ſpecialis ab eluſione providētiæ divinæ, per Ironiam: quaſi verò ſuperi curent humana.
      - 2. generalis: nolo te detinere, neq; dicta refellere.
  - 5. Concluſione, cujus
    - 1. Protaſis per Conceſſionem: abi modo in Italiam per mare.
    - 2. Ratio, à minis
      - 1. divinæ ultionis,
        - 1. a cauſa, Numinis Pietate.
        - 2. ab effectis
          - 1. illiſione in ſcopulos.
          - 2 imploratione Didōis.
      - 2. ſuæ terrefactionis, vel perſequendo
        - 1. in vivis, atris ignibus.
        - 2. poſt mortem, umbra ſua.
    - 3. Complexio, dabis 1. pœnas improbitatis 2. mihi anſā voluptatis.
- 3. ab effecto, Didonis exanimatione, cujus
  - 1. antecedens ſignum 1. ſermonis abruptio. 2. è conſpectu ſubductio. 3. Æneæ relictio.
  - 2. conſequens famularum officium 1. ſuſcipiendo. 2. in thalamum reponendo.

*At pius Æneas, quanquam lenire dolentem*
*Solando cupit, & dictis avertere [a] curas,*
[b] *Multa gemens, magnoq́ animum labefactus amore:*
*Iuſſa [c] tamen divûm exſequitur, claſſemq́ reviſit.*
*Tunc verò Teucri [d] incumbunt, & littore celſas*
[e] *Deducunt toto naves: natat [f] uncta carina:*
[g] *Frondenteisq́ ferunt ramos, & [h] robora ſylvis*
*Infabricata, [i] fugæ ſtudio.*
*Migrantes [k] cernas, totaq́ ex urbe [l] ruentes.*
*Ac velut ingentem [m] formicæ [n] farris acervum*
*Dum [o] populant, [p] hyemis memores [q] tectoq́ reponunt.*
[r] *It nigrum campis agmen, [ſ] prædamq́ per herbas*
*Convectant [t] calle anguſto: [u] pars grandia trudunt*
*Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,*
*Caſtigantq́ moras:* opere omnis [x] ſemita fervet.
[y] Quis tibi nunc, Dido, cernenti talia [z] ſenſus,
Quosve dabas gemitus? *cum littora [a] fervere late*
*Proſpiceres [b] arce ex ſumma, totumq́ videres*
[c] *Miſceri ante [d] oculos tantis clamoribus æquor.*

a) Ægritudinem animi. b) Hypallage Nominis pro Adverbio. c) Amorem Religione, dolorem ratione vincit; viri enim fortis eſt, affectibus non ſuccumbere, ſed eos ratione ſuperare. d) Ob regis præſentiam. e) Hujus oppoſitum eſt ſubducere, lib. 1. f) Navis pice & reſina obducta, ad excludendas rimis undas. g) Ligna frondentia in remorum uſum ad naves portant. h) Arbores glandiferæ indolatæ è ſylvis in naves convehunt. i) Feſtinatæ profectionis, ne ſcilicet à Pœnis opprimerentur. k) Enallage perſonæ, ſecundæ pro tertiæ, & Apoſtrophe metaphorica. l) Continenti agmine fugientes, per Metaph. m) Variæ autem ſunt formicarum ſpecies, pro varietate plagarum mundi. n) Frumenti & aliorum granorũ. o) A re militari metaphora, & Enallage generis, pro populantur. p) Induſtriam & prudentiam formicarum ſignificanter innuit, quæ æſtate ſibi provident de alimentis, ne hyeme egeant: Ore ſemina viribus majora gerunt, ſed averſæ ea pedibus poſtremis humeris obnixæ moliuntur: Semina arroſa condunt, ne integra rurſus in fruges expullulent è terra, madefacta proferunt ac ſiccant: Operantur noctu, maximè plenilunio, & interlunio ab opere ceſſant. Tanta eſt earum ſedulitas, cùm ex diverſis locis convehentes, altera ſit alterius ignara, ut ſigna recognoſcant. q) In tectum, antrum Metaph. r) Hemiſtichium Ennianum de Elephantis. ſ) Summo ſtudio ſingulæ granatim totum digerunt acervum. t) Qui callo pedum induruit; ſignificat & ſemitam arctam, quaſi viam dimidiam. u) Repræſentant formicæ quandam quaſi Reip. formam. x) Studio, ab aſſiduis laboribus plena. y) Pathos per Apoſtrophen. z) Senſus pro affectu etiam in Cicerone legitur. *a)* Metaphora, & Enallage conjugationis. *b)* E Regia. *A*rces enim ut plurimum ædes principum, rariùs privatorum ædes notant, quòd ab iis vim arceant. *c)* Turbari. *d)* Emphaticè admirabilis animi dolor ex aſpectu amplificatur.

---

Improbe amor, quid nõ mortalia pectora [a] cogis?
*Ire iterum in lacrymas: iterum tentare precando*
[b] *Cogitur, [c] & ſupplex [d] animos ſubmittere amori:*
*Ne quid [e] inexpertum fruſtra moritura relinquat.*
*Anna vides toto [f] properari littore circum:*
*Vndiq́ convenêre: [g] vocat jam carbaſus auras,*

a) Moliri, conari. Ellipſis. b) Nullus enim amans ſui juris eſt. c) Cũ quo, exprobratis beneficiis, & mille jactis opprobriis, expoſtulavit, eidem ſe nunc supplicẽ dedere ſtatuit. d) Enallage numeri. e) Paſſivè, pro intentatum. f) Impersonaliter, i. e. Trojanos properare. g) Demiſſa antennis vela

Puppi-

**Actus Fugæ Præparatus deſcribitur**

- 1. Antecedente Æneæ luctâ, quâ ex oppoſito ſtudio
  - 1. Didonē conſolandi, per
    - 1. Epexegeſin, cupit
      - 1. ſolando lenire dolentē.
      - 2. dictis avertere curas.
    - 2. Pathopœiam, gemit amore labefactus.
  - 2. Diis obſequendi, claſſem reviſit.
- 2. Comitāte Teucrorum Operâ, per
  - 1. Diſtributionem, qui
    - 1. in genere, incumbunt labori.
    - 2. in ſpecie,
      - 1. deducunt naves.
      - 2. ungunt carinas.
      - 3. præparant remos,
        - 1. à materia arboribꝰ indo(latis.
        - 2. à fine, fugæ ſtudio.
  - 2. Hypotypoſin
    - 1. migrantium,
    - 2. ruentium ex urbe gregatim.
  - 3. Comparationem à formicarum ſtudio, quæ
    - 1. ab objecto, congerunt frumenti acervum.
    - 2. à fine, in hyemis uſum recondunt tectis.
    - 3. ab adjunctis ſignis,
      - 1. gregatim incedunt.
      - 2. prædas convectant.
    - 4. à ſubjecto loco, per herbas, in calle anguſto.
    - 5. à diſtributione munerum, pars
      - 1. trudunt onera.
      - 2. cogunt agmina.
      - 3. caſtigant moras,
    - 6. ab effecto, omnis ſemita fervet opere.
- 3. Conſequente Didonis curâ, per Apoſtroph. à qualitate
  - 1. affecta,
    - 1. quis erat tibi ſenſus?
    - 2. quos dabas gemitus?
  - 2. afficiente, objecto,
    - 1. viſo littore laboribus fervente, ex arce (ſumma.
    - 2. audito clamore per æquor.

*Puppibus & læti nautæ impoſuêre [h] coronas.*
*Hunc ego ſi [i] potui tantum [k] ſperare dolorem,*
*Et perferre, ſoror, potero: miſeræ hoc tamen unum*
[l] *Exſequere, Anna, mihi: ſolam nam perfidus ille*
*Te [m] colere, arcanos etiam tibi credere ſenſûs.*
*Sola viri [n] molles aditûs, & [o] tempora noras.*
*I ſoror, atq; [p] hoſtem ſupplex affare ſuperbum:*
*Non ego cum Danaîs Trojanam exſcindere gentem*
[r] *Aulide Juravi, claſſemve [ſ] ad Pergama miſi:*
*Nec patris Anchiſæ [t] cineres, manesve revelli.*
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?
*Quò [u] ruit? extremum hoc miſeræ det munus amanti:*
*Exſpectet [x] faciliemq; fugam ventosq; [y] ferentes.*
*Non jam conjugium antiquum, quod [z] prodidit, oro:*
*Nec [a] pulchro ut Latio careat, regnumq; relinquat.*
*Tempus inane peto, requiem, [b] ſpatiumq; furori,*
*Dum mea me victam doceat fortuna dolere:*
Extremam hanc oro [c] veniam (*miſerere [d] ſororis*)
*Quam mihi quum dederis, [e] cumulatã morte relinquã.*

expectant ventos. Nonnullis placet Hypall. auræ vocant carbaſa. h) Veteres nautæ ſoluturi coronarũt naves. Hodie ſigna in ſummo malo fixa explicant, & tormenta bellica emittunt, ut Belgæ. i) Enallage modi: ſi potuiſſem. k) Timere, metuere. Catachreſis. l) Quod per ſe non poterat, per ſororem tentat, ſed fruſtra. m) Enallage modi. n) Faciles. o) Molliſſima fandi, quibus aditus patebat ad eum facilis. p) Ex hoſpite hoſtem. Cicero lib. 1 Offic. Hoſtis apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum vocamus. q) Averſio ab audiente ſermonem abducens: nullius vel hoſtilitatis vel impietatis rea ſum. r) Ellipſis, In. Portu in Bœotia, claſſe & conjuratione principum Græcorum de Helena repetenda, claro. ſ) Ad Trojanorum Arces & Mœnia. t) Sepulchra violare, & cineres mortuorũ diſſipare, omniũ putabatur ſceleratiſſimum. u) Tam præcipiti animo, tam temerarius, qui ſe in præſentiſſimum periculum conjicere feſtinat, per tempeſtatis & ſiderum inclementiam. x) Mitius diſcedendi tempus. Atroci verbo notat abitum. y) Secundos, faventes. z) Violavit. a) Præ quo cætera omnia illi ſordent, & quod tam pulchrum ei videtur, ut omnia ei poſtponat. b) Quò deſæviat amoris impetus, & furor beneficio temporis tranſeat in dolorem, adeoque ſeneſcat. c) Gratiam, beneficium. d) Enallage perſonæ. e) Pollicetur, ſe non antè morituram, quàm ei cumulatiſſimè reſponderit.

---

*Talibus orabat: talesq; miſerrima fletûs*
*Fertq; [a] refertq; ſoror: ſed nullis ille movetur*
*Fletibus, aut voces ullas [b] tractabilis audit.*
*Fata [c] obſtant,* placidasq; viri [d] Deus obſtruit aures.
*Ac veluti [e] annoſam valido quum robore quercum*
*Alpini [f] Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc*
*Eruere inter ſe certant; it [g] ſtridor, & altè*
*Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes:*
*Ipſa hæret ſcopulis, & [h] quantum vertice ad auras*
*Æthereas, tantum radice in tartara tendit:*

a) Polyſynd. b) Nullas preces inexorabilis, & propè adamantinus admittit. c) Æneæ duritiem in fata reiicit. d) Juppiter, qui per Mercurium juſſerat eum Carthagine faceſſere. e) Veterem; quercus enim inter arbores prodigioſæ vivacitatis, centũ aut ampliùs annos creſcit, totidemq; ſenio emoritur. f) Venti ſeptentrionales, ex Alpibus ſpirantes transalpini; ſunt enim Alpes Italiæ ſeptẽtrionales. Alpes autem cum Hyperboreis & Riphæis confundunt

*Haud*

*Didonis ſupplicatio conſtat*

- 1. *Impulſiva, per*
  - 1. *Exclamationem, in violentiam amoris.*
  - 2. *Expolitionem, quia cogitur iterum*
    - 1. *ire in lachrymas.*
    - 2. *tentare precando.*
    - 3 *ſupplicare amori.*
- 2. *Finali, ne quid inexpertum relinquat ad declinandam mortem ſpontaneam.*
- 3. *Formali, videl.*
  - 1. *Exordio, quo captat*
    - 1. *attentionem ab*
      - 1. *externo aſpectu Trojanorũ abiturientium,*
        - 1 *à ſubjecto, toto littore.*
        - 2. *à ſignis*
          - 1. *velorum expanſione.*
          - 2. *navium coronatione.*
      - 2. *interno affectu, doloris*
        - 1. *incogitantia.*
        - 2. *impatientia.*
    - 2. *benevolentiam,*
      - 1. *à ſua miſeria.*
      - 2. *à ſororis perſona,*
        - 1. *quam coluit Æneas.*
        - 2. *cui credidit arcana.*
        - 3 *quæ novit aditum viri*
          - 1. *liberum.*
          - 2. *opportunum.*
  - 2. *Propoſitione, qua petit, ut ſuſcepta legatione perſuadeat Æneæ permanſionem, per Pathopœiam, ut ſupplex hoſtem ſuperbum alloquatur.*
  - 3. *Confirmatione,*
    - 1. *ab inhoneſto, cujus*
      - 1. *Propoſitio eſt implicita: non ſum fugienda.*
      - 2. *Ratio, quia nec*
        - 2, *juravi in Trojanorũ perniciẽ.*
        - 2 *miſi hoſtibus auxilia.*
        - 3, *effodi oſſa Anchiſæ.*
      - 3. *complexio pathetica: cur eſt tam inexorabilis?*
    - 2. *ab utili, cujus*
      - 1. *Protaſis pathetica: quò ruit? concedat mihi munus hoc extremum.*
      - 2. *Ratio, expectet fugam commodiorem, ventos optatiores.*
    - 3. *à facili, per*
      - 1. *ἄρσιν, nec*
        - 1. *conjugiũ peto amplius.*
        - 2. *ab Italia detineo.*
      - 2. *θέσιν, ſed dilationẽ peto à fine duplici, donec*
        - 1. *efferbuerit amoris furor.*
        - 2. *conſenuerit fortunæ dolor.*
  - 4. *Complexione, cujus*
    - 1. *Propoſitio repetit petitionem.*
    - 2. *Ratio*
      - 1, *ab honeſto, per pathos, miſerere ſororis,*
      - 2. *ab utili, abundè penſabo morte mea.*

*Haud ſecus aſſiduis* [i] *hinc atq; hinc vocibus heros*
[k] *Tunditur, & magno perſentit pectore curas:*
Mens [l] immota manet: lacrymæ voluntur inanes.
*Tum verò infelix* [m] *fatis exterrita Dido*
*Mortem orat: tædet cæli* [n] *convexa tueri.*
*Quo magis* [o] *inceptum peragat, lucemq; relinquat,*
*Vidit,* [p] *thuri cremis quum* [q] *dona imponeret aris,*
*(Horrendum dictu)* [r] *latices nigreſcere ſacros,*
*Fuſaq; in* [ſ] *obſcænum ſe vertere vina cruorem,*
*Hoc viſum nulli, non ipſi effata ſorori.*
*Præterea fuit* [t] *in tectis de marmore* [u] *templum*
*Conjugis antiqui, miro quod honore colebat,*
[x] *Velleribus niveis, & feſtâ fronde revinctam.*
*Hinc exaudiri voces & verba vocantis*
*Viſa viri, nox quum terras obſcura teneret:*
*Solaque culminibus* [y] *ferali carmine bubo*
*Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.*
*Multaque præterea vatum prædicta priorum*
*Terribili monitu horrificant: agit ipſe furentem*
*In ſomnis ferus Æneas: ſemperque* [z] *relinqui*
*Sola ſibi, ſemper* [a] *longam incomitata videtur*
*Ire viam, & Tyrios deſertâ quærere terrâ.*
[b] *Eumenidũ veluti demens videt agmina* [c] *Pentheus,*
Et [d] ſolẽ geminũ, & duplices ſe oſtẽdere Thebas:
*Aut* [e] *Agamemnonius* [f] *ſcenis agitatus Oreſtes,*
*Armatam facibus* [g] *matrem & ſerpentibus atris*
*Quum fugit, ultricesque ſedent in* [h] *limine Diræ.*

Ergò

Veteres. g) Metaph. à cardinibus. h) Duos hos verſus habet etiam lib. 3. Georg.
i) Expoſtulationibus Didonis & Annæ precibus. k) Metaph.
l) Affectu vir fortis moveri poteſt, vinci non debet.
m) Quòd Æneas fatali neceſſitate traheretur ex Africa.
n) Vitæ pertæſum eſt. Convexam cœli ſuperficiem externam cum interna concava Poëtæ ſæpè cõfundunt. o) Conſilium.
p) Ex Lucretio. q) Libamina.
r) Liquorem in ſacris effuſum.
ſ) Atrum, tetrum. t) In regia Didonis. u) Ædicula ſacta, quam nos hodie Sacellum vocamus in principum aulis, ſepulchris illuſtrium perſonarum conſecratum. x) Tæniis, vittis, faſciis laneis cinctum, frontibus ornatum, ϛέμμα dictum, ἀπὸ τοῦ ϛέφειν.
y) Bubonis querentis triſte omen eſt. z) Solitudo principibus abominanda, & inſomniis res mali ominis. a) Tænariam, ad inferos, ubi ſuos deſiderat.
b) Furiarum. c) Thebãnorum rex in furias actus ob contemptum Bacchum, & à Bacchis diſcerptus. d) Apud Euripidem ait Pentheus: ὁρᾶν μὲν δύο ἡλίους μοι δοκῶ, διϛϛὰς τε Θήβας.
e) Agamemnonis filius. f) In theatris & tragœdiis paſſim actus, celebratus. g) Clytemneſtram.
h) In Æſchyli Tragœdia Furiæ in limine Templi Oreſtem expectabant, non auſum egredi, ad Minervæ templum, ubi erat expiandus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0046-8

- Didonis deſperantis Cauſæ ſunt vel
  - 1. Manifeſtæ, ut Aeneæ obſtinatio, quæ deſcribitur
    - 1. Propoſitione,
      - 1. ab objecto flebili ſororis relatione.
      - 2. ab oppoſito Æneæ animo
        - 1. fletibus immobili
        - 2. precibus inexorabili.
    - 2. Ratione, per tranſlationem in 1 Fata. 2. Iovem.
    - 3. Expolit. p Cmparatiōis
      - 1. Protaſin, veluti
        - 1 quercus annoſa valido conſtans trunco,
        - 2. quam venti ſeptentrionales conantur eruere,
        - 3. ſtridet quidem, & concuſſa frontibus operit terram;
        - 4. ſed hæret ſcopulis, innixa radicibus tendit
          - 1 altitudine in Cœlum.
          - 2. profunditate in Tartarum.
      - 2. Apodoſin, ita
        - 1. Animoſus Heros Æneas, quem
        - 2 Dido per ſororem conatur movere ad permanſionem,
        - 3. perſentit quidem amoris ſtridorem & vim,
        - 4. ſed obſiſtit mente immota, nec curat lachrymas.
  - 2. Occultæ, videl.
    - 1. Fata, ab effectis Didonis 1. terriculamento. 2. mortis deſiderio. 3. vitæ tædio.
    - 2. Oſtenta
      - 1. viſa
        - 1. à fine, ut eò magis conſilium exequatur.
        - 2 à ſubjecto, in ſacrificio ad aras.
        - 3 à forma, per expolitionem vini in ſanguinem converſi.
        - 4. ab adjuncta diſſimulatione & occultatione.
      - 2. audita,
        - 1 à ſubjecto templo, quod deſcribitur,
          - 1. à materia, marmore.
          - 2. à religione & cultu mariti prioris, tanquam fine.
          - 3 ab adjuncto ornatu vittarum & frondium.
        - 2. ab objecto, voce, vel
          - 1. mariti
            - 1. à forma, articulata ſcil. verba.
            - 2. à tempore nocturno.
          - 2. bubonis,
            - 1 à ſubjecto, quæ ſola ſedet in culmine templi.
            - 2. ab effecto per expolitionem,
              - 1 queritur.
              - 2. flet.
    - 3 Vaticinia,
      - 1 ab efficiente, vatibus prioribus.
      - 2. ab effectu, terribilem honorem incutiunt.
    - 4. Somnia, ab objecta
      - 1 Aeneæ abſentis imagine, Didonem agitante, in majorem furorem.
      - 2. ſolitudine, per
        - 1 Expolitionem, videbatur ſibi
          - 1 ab omnibus mortalibus deſtituta.
          - 2. longam incomitata ire viam.
          - 3. Tyrios in terra deſerta quærere.
        - 2. Comparationē furioſi
          - 1. Penthei, q̃ videbatur ſibi videre furias. 2. ſolem geminum. 3. duplices Thebas
          - 2. Oreſtis 1. ſcenis agitati. 2. matrem armatam fugientis. 3 furias in templo videntis.

Ergo [a] ubi concepit [b] furias, evicta dolore,
Decrevitq; mori: tempus ſecum ipſa modumque
[c] Exigit: & mæſtam dictis aggreſſa ſororem,
[d] Conſilium vultu tegit, ac [e] ſpem fronte ſerenat.
Inveni, germana, viam ([f] gratare ſorori)
Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſolvat amantem.
[g] Oceani finem juxta, Solemq; cadentem,
Ultimus [h] Æthiopum locus eſt: ubi maximus [i] Atlas
Axem humero [k] torquet, ſtellis ardentibus [l] aptum.
Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata, ſacerdos,
[m] Heſperidum templi cuſtos: epulasq; draconi
Quæ dabat & [n] ſacros ſervabat in arbore ramos,
[o] Spargens humida mella, [p] ſoporiferumq; papaver.
Hæc ſe [q] carminibus promittit ſolvere [r] mentes
Quas velit, aſt aliis [ſ] duras immittere curas:
Siſtere aquam fluviis, & vertere ſidera retrò.
Nocturnosq; ciet mânes: [t] mugire videbis
Sub pedibus terram, & deſcendere montibus ornos.
[u] Teſtor cara Deos, & te germana, tuumque
Dulce caput, magicas invitam [x] accingier [y] artes.
Tu [z] ſecreta pyram tecto interiore [a] ſub auras
Erige: & [b] arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
[c] Impius, [d] exuviasque omnes, lectumq; [e] jugalem,
Quo perii, ſuperimponas: [f] abolere nefandi
Cuncta viri monimenta jubet, monſtratq; ſacerdos.
Hæc effata ſilet: [g] pallor ſimul occupat [h] ora:
Non tamen Anna novis [i] prætexere funera ſacris
Germanam credit: nec tantos mente furores
Concipit, aut graviora timet, [k] quàm morte Sichæi.
Ergo juſſa [l] parat.

At

a) Simul atq; furias infelicis conſcientiæ ſenſit, quarum ſtimulis ad mortem accelerandam properavit, quærendum fuit tempꝰ opportunũ, quò & ſororem, & ſuos, à quibꝰ ſedulò obſervabatur, nihil ejusmodi opinantes falleret.
b) Quorſum pertineat Poëtarum de furiis figmentum, eleganter Cicero, pro Sex. Roſcio, explicat, ubi furias nihil aliud eſſe docet, quàm animum magni alicujus ſceleris ſibi conſcium. c) Conſtituit, ad tollendam omnem ſuſpicionem. d) Propoſitum.
e) Sic alibi: ſpem vultu ſimulat.
f) Gratulare, antiquè. g) Topographia populorum & montium Africæ occidentalium, quꝰ alluit Oceanus, ubi horti ſunt Heſperidum, hiſtoricis & Poëtis celebratiſſimi. h) Nigritas intelligit, qui prope Atlantem ſunt.
i) Mons Africæ, ut ſupra.
k) Suſtinet, ſphærica vertigine volvit, ut ſupra: vertice fulcit.
l) Conſertum, conſperſum, connexum, ſtellis quaſi clavis confixũ, diſtinctum m) Filiarum Heſperi cuſtodientium aurea poma in horto propè Lixum oppidum Mauritaniæ, cui cuſtodiæ aderat una vigil Draco, quem cibabat hæc ſacerdos. n) Veneri.
o) Porrigens aut præbens.
p) Mulcendæ truculentiæ accommodatum, & mitigandæ naturæ feræ. q) Vocibus magicis.
r) Liberare poſſe amore mortales jactitat. ſ) Amores. t) Remota metaphora, à tauris ad tellurem.
u) Conteſtatio ad inſinuandã neceſſitatem ſacrorum magicorum. x) Paragoge, pro Accingi; & Metaph. pro Parari. y) Ellipſis pro Ad artes magicas, z) Secretò, vel ſola. a) Sub dio, cœlo aperto, vel in altum. b) Enſem viri, cujus jam nomen ingratum horret. c) Antonom. pro Æneas. d) Veſtes, ab exuendo, velut induviæ ab induendo. e) Genialem. f) Igne corrumpere. g) Pallor metꝰ, iræ, conſcientiæq; crimini alicui ob noxiæ argumentum eſt. h) Enall. numeri, & Synecd. partis. i) Sacrorum prætextu diſſimulare, vel Hypall. prætendere ſacrum funeri. k) Quam contigerant morte Sichæi. l) Ellipſis, Exequi.

# TAB. XX.

**Simulatorum Conſiliorum Communicatio conſtat**

- 1. Antecedenti
  - 1. moriendi propoſito,
    - 1 ab impulſiva, furore & dolore.
    - 2. à tempore & modo conſtituto.
  - 2. ſororis mœſtæ compellatione.
  - 3. conſilij diſſimulatione, vultu & fronte.
- 2 Forma; cujus
  - 1. Exordium captat benevolentiam,
    - 1. à vinculo ſanguinis.
    - 2. & officio charitatis, in gratulãdo.
  - 2. Propoſitio: inveni viam amoris aut reſtituendi, aut ſolvendi.
  - 3. Narratio conſtat
    - 1. Topographiâ ultimæ Africæ,
      - 1 à ſitu ad finem Oceani, & ſolis occaſum.
      - 2. à populis, Æthiopibus.
      - 3. à mõte Atlante, qui deſcribitur ab effecto, quòd cœlum humeris ſuſtineat.
    - 2. Proſopographia Veneficæ,
      - 1. à gente ſeu natione Maſſylæ Lybicæ.
      - 2. ab officio ſacerdotali,
        - 1. Heſperidum templi cuſtodia.
        - 2. Draconis alimonia, cujus erat
          - 1. munus, ſervare ramos ſacros.
          - 2. cibꝰ, ex melle & papavere.
      - 3. ab artibus magicis, quibus
        - 1. amorem 1. ſolvit. 2. immittit.
        - 2. aquam fluviorum ſiſtit.
        - 3. ſidera retrô vertit.
        - 4. manes ab inferis evocat.
        - 5. terram mugire facit.
        - 6. montibus arbores deſcendere jubet.
  - 4. Confirmatio conſtat
    - 1. conteſtatione, ab
      - 1. objecto, Diis & ſorore.
      - 2. adjuncta neceſſitate, qua adacta utatur magia.
    - 2. mandato, ad extruendam Pyram
      - 1. à ſubjecto, interiore regia.
      - 2. ab adjunctis ſuperinponendis,
        - 1. armis. 2. exuviis.
        - 3. lecto jugali.
      - 3. à fine, ut venefica jubente abolitis monumẽtis amor viri nefandi aboleatur.
- 3. Conſequenti
  - 1. Didonis ſilentio & pallore.
  - 2. Annæ
    - 1 errore, per expolitionem,
      - 1. non credit ſororem conſtituiſſe mori.
      - 2 nec concipit mente tantos furores.
      - 3. nec timet graviora morte Sichæi.
    - 2. obſequio.

*At regina, [a] pyrâ [b] penetrali in ſede ſub auras*
*Erecta ingenti, [c] tædis atque ilice [d] ſectâ,*
*[e] Intenditq; locum ſertis, & [f] fronde coronat*
*Funereâ: ſuper exſuvias, enſemque relictum,*
*[g] Effigiemque toro locat, [h] haud ignara futuri.*
*Stant aræ circum: & [i] crines effuſa ſacerdos*
*[k] Tercentum tonat ore deos, [l] Erebumq; [m] Chaosq;*
*[n] Tergeminamq; Hecaten, tria virginis [o] ora Dianæ.*
*Sparſerat & latices [p] ſimulatos fontis Averni:*
*Falcibus & [q] meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis*
*[r] Pubentes herbæ, nigri cum [ſ] lacte veneni.*
Quæritur & naſcentis equi de fronte revulſus,
Et matri præreptus [t] amor.
*Ipſa [u] molâ, manibusque piis, altaria juxta,*
*[x] Unum exſuta pedem vinclis, in veſte [y] recincta,*
*[z] Teſtatur moritura deos, & conſcia fati*
*Sidera: tum,* ſi quod [a] non æquo fœdere amantes
Curæ [b] numen habet, juſtumq; memorq; precatur.

a) Rogo, quem Græci Pyram vocant. b) Adjectivè; pro, inpenitiori ædium parte.
c) Arbores reſinam exſudãtes ſacris adhibebantur flammis, à veteribus. d) Nam fiſſa ligna facilimè, teretia & integra difficulter ignem concipiunt.
e) Hypall. intendit ſerta per locũ.
f) Cupreſſo, & verbenis, quæ in ſacris nocturnis erant funereæ.
g) Ceream Æneæ, incendio devotam. h) Reſervato ſibi moriendi conſilio, utut ſacrorũ ſpecie velato. i) Synecd. Grammatica. k) Trecentos, per Synecd. numeri, i. e. infinita Deorum numina & nomina, ut in Cocytiis ſacris fieri conſuevit; tot Joves habuit vetuſtas.
l) Inferos tenebrarum incolas.
m) Indigeſtam primæ materiæ molem; alii ſpiritus intelligunt aërios. n) Quod triceps pingi ſoleat, & tribus animalium nominibus invocari. Nonnulli rationem malunt, quòd triplex ſit viciſſitudo Lunæ, falcata, dividua, & plena. o) Ipſam Dianã τρίμορφον καὶ τρικέφαλον.
p) In ſacris res abſentes repræſentabantur ſimulatæ, & pro veris acceptabantur.
q) Falcibus æneis truncatæ vel ſucciſæ ad Lunæ obſervationem. r) Pubeſcentes vel teneræ. Metaph. ſ) Succo nigro, qui ex illis herbis exprimitur. t) Amoris veneficium, philtron, hippomanes, caruncula in fronte recens nati pulli, quam ſi quis equæ matri præcipuerit, illa non admittit fœtum ad ubera. u) Mola eſt quippiam ex hordeo vel farre admiſto ſale confectum, quod victimis inſpergebatur, unde immolare deſcendiſſe volunt. x) In ſacris Nudipedalibus ſiniſtrum pedem nudabant. Sic apud Ovid. Veſtes induda recinctas Nuda pedem.
y( Nihil in ſacris ligatum eſſe conveniebat. z) Injuriæ, perfidiæ, periurii teſtes & vindices invocat. *a*) Non pari amore ſibi mutuò reſpondentes.
*b*) Pro Deo hic accipitur Numen, ut antea aliquoties.

---

*[a] Nox erat, & placidum [b] carpebant feſſa ſoporem*
*Corpora per terras, [c] ſylvæq; & ſæva quierant*
*Æquora: [d] quum medio volvuntur ſidera lapſu,*
*Quum [e] tacet omnis ager, pecudes, [f] pictæq; volucres,*
*Quæq;*

a) Deſcriptio ſomni placida, divina, eloquentiæ florum manipulis aſperſa; Scalig. b) Periph. pro, Quieſcebant. c) Quæ ſunt in ſylvis & mari animantia. Metony. d) Stationem Lunæ, ſeu medium noctis ſignificat.

**Conſiliorum ſimulatorum Executio conſtat**

- 1. Pyræ extructæ adornatiõe,
    - 1. ab efficiente, ipſa Regina.
    - 2. à ſubjecto loco, interiore parte regiæ.
    - 3. à quantitate, ingenti altitudine.
    - 4. à materia, ex tædis & ilice ſecta.
    - 5. ab adjuncto ornatu
        - 1. ſertorum.
        - 2. frondium cypariſſinarum.
    - 6. à fine comburendi
        - 1. Æneæ
            - 1. exuvias.
            - 2. enſem.
            - 3. effigiem toro impoſitam,
        - 2 ſe ipſam, quæ non ignara futuri.
- 2. Veneficæ ſacris magicis,
    - 1. à ſubjectis aris.
    - 2. ab habitu ſacerdotis, effuſis crinibus.
    - 3. ab effectu,
        - 1. dictorum, quibus vocat
            - 1. indefinitè, Deorum numina.
            - 2. definitè, Erebum, Chaos, Lunam, Dianam, Proſerpinam.
        - 2. factorum,
            - 1. ſpargit ſimulatos averni latices.
            - 2. quærit herbas ad lunam falcibus æneis.
            - 3. adhibet ſuccum herbarum noxiarum.
            - 4. addit Hippomanes
                - 1. fronte revulſum.
                - 2. matri præreptum.
- 3. Reginæ ſuperſtitione, in
    - 1. factis, molæ oblatione
        - 1. à ſubjectis aris.
        - 2. ab habitu
            - 1. uno pede exuta vinculis.
            - 2. veſte recincta.
    - 2. dictis,
        - 1. conteſtatione Deorum, & ſiderum vati conſciorum.
        - 2. imploratione vindictæ, cujus
            - 1. antecedens; ſi quis deus reſpicit fœdus amoris violatum.
            - 2. is memor eſto perjurii, atq; id ulciſcatur.

Quæq; lacûs latè liquidos, quæq; aſpera dumis
Rura tenent, ſomno [g] poſitæ ſub nocte ſilenti
[h] Lenibant curas, & corda oblita laborum:
At non infelix [i] animi [k] Phœniſſa; nec unquam
Solvitur in ſomnos, oculisvè aut pectore noctem
Accipit. [l] Ingeminant curæ: rurſusq; [m] reſurgens
Sævit amor, magnoq; irarum [n] fluctuat æſtu.
Sic adeò inſiſtit, [o] ſecumq; ita corde volutat,
En quid agam? [p] rursùsne procos [q] irriſa priores
Experiar? Nomadumq; petam connubia [r] ſupplex,
Quos ego ſum toties jam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes atq; ultima Teucrûm
[s] Iuſſa ſequar? [t] quiane auxilio juvat antè levatos,
Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti?
Quis me autem (fac velle) ſinet? [u] ratibusq; [x] ſuperbis
Irriſam accipiet? neſcis heu perdita, necdum
[y] Laomedonteæ ſentis perjuria gentis?
Quid tum? ſola [z] fugâ [a] nautas comitabor [b] ovantes?
An Tyriis omniq; manu ſtipata meorum
Inſequar? & quos Sidonia [c] vix urbe revelli,
Rurſus agam pelago, & ventis dare vela jubebo?
Quin morere, ut merita es, ferroq; averte dolorem.
[d] Tu lacrymis evicta meis, tu prima furentem
His germana malis oneras, atq; obiicis [e] hoſti.
[f] Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam
Degere, [g] more feræ? tales nec [h] tangere curas?
Non ſervata fides cineri promiſſa [i] Sichæo.
[k] Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtûs.

e) Metaph. pro, Animalia in agris & tabulis. f) Metaphora.
g) Sopitæ. h) Archaiſmus. Veteres hæc verba ſine E pronunciabant. i) Animo. Ut, diſcrucior animi. k) Mulier ex Phœnicia, ut maſculinum Phœnix; nomina gentilia. Sic Dido dicitur Phœniſſa per Antonomaſi m. l) Se. Vel per Enallag. ingeminantur. m) Recrudeſcens. n) Agitatur.
o) Hypotyp. ex geſtu vel ſitu cogitantium. p) Non iterum, ſed viciſſim. q) A Trojanis.
r) A rei indignitate.
ſ) Quæ illi a Jove acceperunt, de maturando abitu,
t) An quia mihi prodeſt eos auxilio levaſſe, Ironia.
u) Synecd. pro navibus. Ratibus enim vel trabibus inter ſe connexis olim navigabatur.
x) Metonym. ſubjecti pro adjunctis ſuperbis Trojanis.
y) Trojanæ, & quidem perfidæ, perjuræ. Nam Laomedon Neptunum & Apollinem pacta de condendis mœnibus Trojæ mercede fraudavit.
z) Emphatica omnia. Ego ne me abiiciam è regio faſtigio ad ultimam ſortem.
a) Contemptim notat Troës.
b) Lætos, quaſi reportata de me victoria triumphantes.
c) Quia non abiiſſent mecum, niſi metu aut odio Tyranni compulſi fuiſſent. Quis enim aliter patriam deſereret? quod ait Scaliger.
d) Mali cauſam reiicit in germanam ita, ut eam nunc excuſet, nunc incuſet.
e) Hoſpiti, advenæ, peregrino; ſic enim veteres utebantur voce, teſte Scalig. quaſi à Græco ὅστις, undecunque is ſit. f) Nonne? Emphaſis.
g) Alluſum volunt ad ſingularem aliquam feram, quæ amiſſo conjuge nulli in poſterum jungatur.
h) Experiri amores, i) Pro Sichæio, cineri conjugis Sichæi.
k) Epiphonema.

Æneas

Conſilia deſperationis vera conſtant

- 1. Chronographia noctis, per diſſimilitudinis
  - 1 Protaſin, à quiete
    - 1. in genere, omnium corporum
      - 1. placido ſomno.
      - 2. terræ, ſylvarum, maris.
      - 3. noctis medio.
    - 2. in ſpecie,
      - 1. à ſubjectis
        - 1. agris, pecudes & volucres.
        - 2. aquis, piſces. 3. ſylvis, feræ.
      - 2. ab effectis, per expolitionem, omnia
        - 1. ſopita nocte quietâ.
        - 2. mitigabant curas.
        - 3. oblita laborum.
  - 2. Apodoſin, à Didonis inquiete, per
    - 1. Pathopœiam, ab infelicitate.
    - 2. Expolitionem,
      - 1 non ſolvitur in ſomnos.
      - 2 nec accipit quietẽ oculis aut pectore.
- 2. Forma, cujus
  - 1. Exordium,
    - 1. ab adjuncto deliberantis geſtu.
    - 2. ab affectu addubitationis, quid nunc rebꝰ omnibꝰ deſperatis conſilii captet.
  - 2. Deliberatio cõſtat mixta propoſitione cõfirm. & perpetua interrogatione, affectuũq; motiõe
    - 1. Non redeundum
      - 1. in genere, ad procos priores, quia ſum ludibrio habita à Trojanis.
      - 2. in ſpecie,
        - 1. ad Numidarum reges.
        - 2. quia non convenit ſupplicem fieri eis, quos toties conjugio ſum dedignata.
    - 2. Nec abeundum cum Trojanis; ubi
      - 1. Propoſitio: indignum eſt Trojanorum me juſſa ſequi.
      - 2. Ratio, quia ſunt ingrati, per duplicem Ironiam.
      - 3. Approbatio, per conceſſionem,
        - 1. eſto, velim: aut ꝑmittet 1. nemo 2. cũ ludibrio.
        - 2 ratio, à Trojanorum
          - 1 inconſtantia.
          - 2. ſuperbia. 3. perfidia.
    - 3. Nec fugientes ſunt ſequendi
      - 1. mihi ſoli, fugæ nomine, quia turpe.
      - 2. cum Tyriis
        - 1. armata manu, hoſtili ſpecie.
        - 2 quia difficile:
          - 1. vix potui eos Tyro abducere,
          - 2. nedum ad perſequendos Trojanos potero inducere.
  - 3 Complexio ergo moriẽdum, ubi
    - 1. Propoſitio: morere, ferro averte dolorem.
    - 2. Amplificatio conſtat pathetica
      - 1. Apoſtrophe, qua ſororem jam
        - 1. excuſat victam
          - 1. lachrymis ſuis.
          - 2 furore ſuo.
        - 2. incuſat, quòd ſe
          - 1. onerarit malis.
          - 2. obiecerit hoſti.
      - 2. Communicatione, nonne licebat & decebat
        - 1. vitam tranſigere cœlibem
          - 1 ſine crimine.
          - 2. more feræ.
        - 2 illicitos amores fugere.
        - 3. Si hæc fidem ſervare.
      - 3 Exclamatione Poëta de Didonis querelis.

*Æneas celsâ in puppi, jam certus eundi,*
[a] *Carpebat ſomnos, rebus jam ritè paratis.*
*Huic ſe forma* [b] *Dei vultu redeuntis eodem*
*Obtulit in ſomnis, rurſusq́ ita viſa monere eſt:*
[c] *(Omnia Mercurio ſimilis, vocemq́* [d] *coloremq́.*
*Et crines flavos, & membra decora juventæ.)*
*Nate deâ? potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?*
*Nec quæ circumſtent te deinde pericula cernis,*
*Demens? nec* [a] *Zephyros audis ſpirare ſecundos?*
*Illa dolos, dirumq́ nefas in pectore verſat,*
*Certa mori, varioq́ irarum fluctuat æſtu.*
*Non fugis hinc* [f] *præceps, dum* [g] *præcipitare poteſtas?*
*Iam mare turbari* [h] *trabibus, ſævasq́ videbis*
*Collucere* [i] *faces, jam* [k] *fervere* [l] *littora flammis,*
*Si te his attigerit terris* [m] *Aurora morantem.*
*Eja age, rumpe moras.* [n] Variũ & mutabile ſemper
Fæmina. *Sic fatus, nocti ſe immiſcuit* [o] *atræ.*
*Tum verò Æneas, ſubitis exterritus umbris,*
[p] *Corripit è ſomno corpus, ſociosq́* [q] *fatigat:*
[r] *Præcipites vigilate viri, & conſidite tranſtris:*
*Solvite vela citi.* [ſ] *Deus æthere miſſus ab alto,*
*Feſtinare fugam,* [t] *tortosq́ incidere funes,*
*Ecce, iterum* [u] *ſtimulat! ſequimur te* [x] *ſancte, Deorum*
*Quisquis es, imperioq́ iterum paremus ovantes.*
Adſis ô, placidusq; juves, & [z] ſidera cœlo
Dextra feras. *Dixit, vaginâq́ eripit* [a] *enſem*
*Fulmineum, ſtrictoq́ ferit* [b] *retinacula ferro.*
*Idem omnes ſimul ardor habet:* [c] *rapiuntq́* [d] *ruuntq́.*
*Littora deſeruêre:* [e] *latet ſub claſſibus æquor.*
*Adnixi torquent ſpumas, &* [f] *cærula* [g] *verrunt.*

a) Dormiebat Periphr. Innuitur merum fuiſſe ſomnium, ac proinde vanam imaginationẽ ac ludibrium eſſe potuiſſe; quia tamen aliqua ſomnia proficiſcuntur à Deo, ideò tanquam oraculum accepit Æneas.
b) Mercurii apparentis priſtina formâ. c) Poëticè & Græcorum more, pro omnibꝰ corporis partibus. d) Hypermetrus.
e) Synecd. ſpeciei, pro quolibet vento. Nam Zephyris ex Africa navigari non poteſt.
f) Feſtiuꝰ, celer. g) Præcipitandi copia. h) Navibus; Metonym. materiæ: ratibus, quibus vos inſecuti adoriantur. i) Ob illud, quod eſt infra: ferte citi flammas. k) Metaph. & Enall. conjugationis. l) Naves, per Metonym. ſubjecti. m) Matutinum tempus. n) Sententia.
o) Caliginoſæ. p) Vigilantia Principis. q) Urget, excitat.
r) Feſtini, celeres, evigilate.
ſ) Religionem iniicit, ſi fortè ſegniores ad parendum eſſent.
t) Elegans Epitheton. u) Hortatur; per Metaph. x) Quisquis es Deorum, vel Sancte Deus, per Græciſmum. Veterum formula, ne Deum alium pro alio nominarêt. y) Ut antè paratis omnibus ad fugam, ſic nunc executione fugæ. z) Ventos & navigationem proſperam, ex ſiderum ortu vel occaſu. a) Candentem, & fulminis modò reſplendentem; vel inſtar fulminis vibratũ, quo rapidè cum dicto retinacula reſcidit: quippe cui ſpatium non fuerit, vel ſubducendi anchoras, vel ſolvendi prymneſia.
b) Funes nauticos. c) Pervenuſtè continuis dactylis fugientium præcipitantiam exprimit, quâ raptim collectis omnibus rebus confluxiſſe ad naves, funes collegiſſe, ac in mare trepidè cum claſſe corruiſſe. d) Polyſyndeton. e) Hyperbole. f) Metonym. Adjunct. pro Subjecto. g) Metaphora.

*Et*

Actus Fugæ conſummatus conſtat

- 1. Cauſa, Mercurii monito, cujus not.
  - 1. Antecedens apparitio,
    - 1. ab objecto, Ænea, qui
      - 1. certus eundi in puppi.
      - 2. dormiebat, rebus paratis.
    - 2. ab adjuncto tempore inſomnis.
    - 3. à forma, in
      - 1. genere, priſtini 1. vultus. 2. monitûs.
      - 2. ſpecie, vocis, doloris, criniũ, membrorũ reliquorum.
  - 2. Formalis expeditio, cujus
    - 1. Exordium captat benevolentiam à perſona Æneæ.
    - 2. Propoſitio: noli dormire, ſub hoc caſu.
    - 3. Ratio
      - 1. à neceſſitate periculorum imminentium.
      - 2. ab opportunitate ventorum ſpirantium.
    - 4. Approbatio, à Didonis inſidiis, per
      - 1. Expolitionẽ, illa
        - 1. verſat nefas in pectore.
        - 2. conſtituit mori.
        - 3. fluctuat irarum æſtu.
      - 2. exclamationem: heu fuge, dum potes.
    - 5. Expolitio exaggerat periculum, quia
      - 1. videbis
        - 1. mare turbari navibus hoſtium.
        - 2. collucere faces.
        - 3. naves tuas ardere.
      - 2. ſi in Africa cunctatus fueris.
    - 6. Complexio conſtat
      - 1. repetitione moniti: rumpe moras.
      - 2. motu, per Gnomen, ab inconſtantia muliebri.
  - 3. Conſequens diſparitio per tenebras evanuit imago Mercurii, ꝑ inſomniũ animo obverſata.
- 2. Effectu, Æneæ obſequio, qui
  - 1. ipſe ſurgit e ſomno, territus umbris.
  - 2. ſocios monet, ubi not.
    - 1. Forma, cujus
      - 1. Propoſitio, viri:
        - 1. præcipites vigilate.
        - 2. tranſtris conſidite.
        - 3. vela citi ſolvite.
      - 2. Ratio, à mandato iterato Dei jubentis
        - 1. feſtinare fugã.
        - 2. incidere fũes.
      - 3. clauſula conſtat
        - 1. obſequio promiſſo.
        - 2. voto, pro felici curriculo.
    - 2. Adjuncta retinaculorum ſolutio, ſtricto gladio.
    - 3. Effectum, ſociorum ſtudium, quod
      - 1. proponitur: idem ardor omnes habet.
      - 2. amplificatur Hypotypoſi
        - 1. feſtinantium.
        - 2. fugientium
        - 3. navigantium.

[a] *Et jam prima novo ſpargebat lumine terras*
[b] *Tithoni croceum linquens Aurora cubile:*
*Regina è ſpeculis ut primùm* [c] *albeſcere lucem*
*Vidit, &* [d] *æquatis claſſem procedere velis;*
*Littoraque, & vacuos* [e] *ſenſit ſine remige portus;*
[f] *Terq; quaterque manu pectus percuſſa decorum,*
*Flaventeisq;* [g] *abſciſſa comas: Proh Iuppiter, ibit*
*Hic, ait, & noſtris illuſerit* [h] *advena regnis?*
*Non arma* [i] *expedient? totaq; ex urbe ſequentur?*
*Diripientq; rates alii* [k] *navalibus? ite:*
[l] *Ferte citi flammas: date vela; impellite remos.*
[m] Quid loquor? aut ubi ſum? quæ mentem inſa-
nia mutat?
[n] *Infelix Dido, nunc te* [o] *fata impia tangunt.*
[p] *Tum decuit, cum ſceptra dabas!* en dextra, fidesq;!
*Quem ſecum* [q] *patrios ajunt portare penates:*
*Quem ſubiiſſe humeris confectum ætate parentē,*
*Non potui abreptum* [r] *divellere corpus, &* [ſ] *undis*
*Spargere? non ſocios, non ipſum abſumere ferro*
*Aſcanium? patriisq; epulandum apponere menſis?*
[t] *Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna?* [u] *fuiſſet.*
*Quem metui moritura?* [x] *faces in* [y] *caſtra tuliſſem,*
[z] *Impleſſemq;* [a] *foros flammis:* [b] *natumq;, patremq;*
*Cum genere* [c] *extinxē,* [d] *memet ſuper ipſa dediſſem.*

Sol.

a) Crepuſculi deſcriptio.
b) Tithoni & Auroræ fabulam ſupra notatam videre licet.
c) Hypallage; non enim albeſcit lux, ſed luce albeſcunt omnia.
d) Junctis frontibus & roſtris, velis pariter plenis.
e) Metaphora.
f) Synecdoche numeri. Alii volunt intelligi Septenarii perfectionem.
g) Ut pari ratione Æneæ amor abſcinderetur, doloris impatientia comas evellit.
h) Atroci Antonomaſia Æneam notat.
i) Carthaginenſes injuriam hanc ulturi.
k) Navium ſtationibus, quæ alibi à Cæſare, & Cicerone Armamentaria vocantur.
l) Aſyndeton miræ brevitatis & celeritatis.
m) Abſentibus ſcilicet.
n) Apoſtrophe ad ſeipſam.
o) Impii Æneæ.
p) Tum decuit talia loqui, vel olim hæc oportuit proviſa.
q) Ironicè, ad elevandam creditæ pietatis fidem.
r) Alluſum ad fabulas Penthei, Abſyrti, Ityos, Orphei, Baccharum, Atrei & Thyeſtæ; de quibus conſulendi Mythologi.
ſ) Per undas, vel in undas.
t) Elegans Anthypophora, vel Prolepſis.
u) Conceſſio à rerum deſperatiōe.
x) Incendium, per Metonymiam.
y) Navalia, Claſſem, Metaphora: vel ſimpliciter caſtra.
z) Impleviſſem. Syncope.
a) Navium tabulata, per quæ diſcurritur
b) Aſcanium & Æneam cum ſociis.
c) Syncope, pro Extinxiſſem.
d) Super cæſorum acervum me priùs confoſſam conjeciſſem; exemplo earum fœminarum, quæ maritorum injurias ulturæ ſuam quoque vitam abrumpitant.

**Didonis deſperatæ Indignatio deſcribitur**

- 1. *Chronographiâ temporis matutini*
  - 1. *ab effecto, illuminatione terræ.*
  - 2. *à cauſa efficiente, Aurora,*
- 2. *Impulſiva, Conſpecta Fuga*
  - 1. *à ſubjecto, è ſpeculis.*
  - 2. *ab adjuncto, albeſcente luce.*
  - 3. *ab objecto,*
    - 1. *proceſſione claſſis æquatis velis.*
    - 2. *evacuatione littoris & portus.*
- 3. *Geſtu vel habitu;* 1. *percuſſit pectus.* 2. *abſcidit comas.*
- 4. *Profatu vel*
  - 1. *turbato, vel intenſo, ex* Inſania, *cujus*
    - 1. *Propoſitio ꝑ Exclamationem: abibit hic impunè? indignũ.*
    - 2. *Ratio, quia advena illuſit regnis noſtris.*
    - 3. *Expolitio hortatur Tyrios ad arma. claſſis*
      - 1. *direptionem*
        - 1. *ab inſtrumẽtali, expediãt*
        - 2. *à ſubjecto, egrediãtur urbe ad ſtationem navium.*
      - 2. *incendium ꝑ Hypotypoſin,*
        - 1. *ite citi.* 2 *ferte flammas.*
        - 3. *date vela.* 4. *impellite remos.*
  - 2. *ſedato, vel remiſſo, ex* Pœnitentia, *cujus*
    - 1. *Exordium graviſſimum habet affectum:*
      - 1. *quid loquor.?* 2. *ubi ſum?*
      - 3. *quæ mentem inſania mutat?*
    - 2. *Propoſitio:*
      - 1. *nunc me mala fatalia tangunt.*
      - 2. *tunc decuit naves incendiſſe, cùm partem regni dabam.*
    - 3. *Ratio, nã fefellit me hoſpitis*
      - 1. *dextra, fideſq;.*
      - 2. *pietas, qua portavit ex incendio*
        - 1. *Penates.*
        - 2. *patrem grandævum.*
    - 4. *Approbatio, potuiſſem*
      - 1. *illum divellere inq; mare proiicere.*
      - 2. *vel cum ſocius & filio abſumere ferro.*
      - 3. *vel Aſcanium epulandum proponere.*
    - 5. *Expolitio, per occupationis*
      - 1. *objectionem: anceps fuerat fortuna; eſto.*
      - 2. *ſubjectionẽ, cujus*
        - 1. *Propoſitio: quem metui moritura.*
        - 2. *Ratio*
          - 1. *incendiſſem claſſem.*
          - 2. *impleviſſem foros flammis.*
          - 3. *natum, patremq; cum genere extinxiſſem.*
          - 4. *memet ipſam ſuper ipſa conieciſſem.*

Sol, qui terrarum[a] flammis opera omnia[b] luſtras,
*Tuq; harum*[c] *interpres*[d] *curarum & conſcia Iuno,*
[e] *Nocturniſq; Hecate triviis ululata per urbes,*
*Et*[f] *Diræ ultrices, &*[g] *dii morientis*[h] *Eliſæ,*
*Accipite hæc: meritumq; malis*[i] *avertite numen:*
*Et noſtras audite preces. Si tangere portus*
[k] *Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt:*
*Et ſi fata Iovis poſcunt: hic*[l] *terminus hæret.*
*At bello*[m] *audacis populi vexatus, & armis,*
*Finibus*[n] *extorris,*[o] *complexu avulſus Iuli,*
*Auxilium imploret, videatq; indigna ſuorum*
*Funera: nec, cum ſe ſub leges*[p] *pacis iniquæ*
*Tradiderit, regno, aut optata*[q] *luce fruatur:*
*Sed*[r] *cadat ante diem, mediaq;*[ſ] *inhumatus arena.*
*Hæc precor: hanc vocẽ extremã cũ ſanguine fundo.*
*Tum vos*[u] *ô Tyrii, ſtirpem, & genus omne futurũ*
*Exercete odiis:*[x] *cineriq; hæc mittite noſtro*
*Munera:* nullus amor populis, nec[y] fœdera ſunto:
Exoriare[z] aliquis noſtris ex oſſibus ultor.
*Qui face Dardanios, ferroq; ſequare*[a] *colonos,*
*Nunc, olim, quocunq; dabunt ſe tempore vires.*
[b] *Littora litteribus contraria, fluctibus undas*
*Imprecor, arma armis; pugnent ipſiq; nepotes.*

a) Radiis inſtar flammæ circumgyrando cuncta penetrantibus. b) Solem enim mundi quaſi oculum ſpectare & ambire conſtat omnia. c) Conciliatrix & pronuba. d) Amorum, per Metonym. effecti pro cauſa, quia amor creat curas. e) A veneficis in ſacris nocturnis ululatu invocata per trivia, unde τριοδῖτις trivia appellata, in memoriam Proſerpinæ raptæ, & à matre cũ ululatu quæſitæ. f) Furiæ. g) In quorum tutela ſum viva; vel qui tutelares eſtis urbi Carthagini. h) Proprium hoc illi nomen fuit; alterum ob id inditum volunt, quod complura ſupra animi muliebris fortitudinem geſſerit, cumprimis reſpectu Pygmalionis fratris, & Jarbæ.
i) Numen veſtrum ulturum avertite à me, & advertite Trojanis.
k) Æneas indignus, qui nominetur, & deteſtandus.
l) Si hoc immutabile, fixum, ratumque eſt fatum, & immotum manere debet, ſicut termini agrorũ altè depacti, quos transferre non licet. m) Italos, Latinos, Aborigines, Rutulos, Etruſcos intelligit, quos Evander eum monuit, acerrimos eſſe in bellis. n) Exulis nomen per ſe non turpitudinis, ſed calamitatis eſt, teſte Cicerone pro Domo. Extorri autem aqua & igni interdictum, ob aliquod ſcelus.
o) Julo in caſtris relicto Evandrum adiit auxilium petiturus. p) Cujus fœdere manſit victis nomen, & in Latinorum nomen gens victrix ceſſit. q) Vita. r) In prælio contra Rutulos diſparuit, merſus, ut creditum, in Numicio. ſ) Non humatus. t) Obſignatam ſanguine meo. u) Alludit ad bella Punica. x) Mihi mortuæ mittite has inferias, parentalia. z) Intellige Punicam fidem & religionem. z) Hannibalem puta, qui totos XVIII. annos, Italiam flammis & ferro crudeliſſimè vexavit, unde Res Romana graviter fuit attonſa.
a) Odioſè colonos vocat Trojanos, non indigenas Italiæ.
b) Gravitatem hanc & elegantiam admirantur graviſſimi authores.

Hæc

*Didonis deſperatæ Imprecatio conſtat Obteſtatione*

- 1. Deorum, *ubi*
  - *1. Captatio benevolentiæ, ab officio*
    - *1. Phœbi, vel Solis, qui opera terrarum luſtrat.*
    - *2. Iunonis, quæ præſes matrimoniorum.*
    - *3. Proſerpinæ cum ululatu in triviis quæſitæ, ut quæ triviis (præeſſe dicitur.*
    - *4. Furiarum, quæ ſunt maleſactorum ultrices.*
    - *5. Manium aut Inferorum, in quorum poteſtatem ventura eſt Eliſa poſt mortem: vel ut alii volunt, Dii tutelares Carthaginis, in quorum tutela erat Dido in vivis.*
  - *2. Propoſitio petit 1. ultionem. 2. precum exauditionem.*
  - *3. Confirmatio conſtat*
    - *1. antecedente conditione appulſionis,*
      - *1. à ſubjecto, ſi*
        - *1. tetigerit portus.*
        - *2. adnaverit terris.*
      - *2. à Cauſa*
        - *1. neceſſitate Fatorum.*
        - *2. determinatione Iovis.*
    - *2. conſequente Dirarum cōgerie, qua imprecatur*
      - *1. belli illationem, ab objecto populo audaci.*
      - *2 exilii continuationem.*
      - *3 filii unici amiſſionem.*
      - *4. auxilii irritam implorationem.*
      - *5. ſuorum internecionem.*
      - *6. pacis iniquæ petitionem.*
      - *7. optatæ ſedis deſtitutionem.*
      - *8. violentæ mortis accelerationem.*
      - *9. ſepulturæ denegationem.*
  - *4. Complexio ſanguinis fuſiōe preces & diras cōfirmandas promittit.*
- 2. Tyriorum, *ubi*
  - *1. Propoſitio: jubet fatigare odiis Æneæ poſteritatem.*
  - *2. Ratio à fine, ſeu honeſto, ut ſibi mittant inferias.*
  - *3. Amplificatio imprecatur*
    - *1. odii perpetuitatem.*
    - *2 fœderum inſtabilitatem.*
    - *3. ultoris atrocitatem*
      - *1. à cauſa, ex oſſibus noſtris.*
      - *2. ab effecto, perſecutione ferro & igne.*
      - *3. à tempore quocunq;.*
    - *4. littorum, aquarum, armorum contrarietatem.*
    - *5. nepotum hoſtilitatem.*

*Hæc ait, & partes animum [a] verſabat in omnes,*
*Inviſam quærens quam primùm [b] abrumpere lucem.*
*Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi,*
*(Namq; [c] ſuam patriâ antiquâ cinis ater habebat)*
[d] *Annam cara mihi nutrix huc [e] ſiſte ſororem:*
*Dic corpus properet fluviali [f] ſpargere, [g] lymphâ,*
*Et pecudes ſecum, & monſtrata [h] piacula ducat;*
*Sic veniat: [i] tuq; ipſa piâ tege tempora vittâ.*
[k] *Sacra [l] Iovi Stygio, quæ ritè incepta paravi,*
*Perficere eſt animus, finemq; imponere [m] curis:*
*Dardaniiq; [n] rogum capitis permittere flammæ.*
*Sic ait. Illa gradum ſtudio celebrat [o] anili.*
*At [p] trepida & cœptis immanibus effera Dido,*
*Sanguineam volvens [q] aciem, maculisq; trementes*
*Interfuſa genas, & pallida morte futurâ,*
*Interiora domus [r] irrumpit limina, & altos*
*Conſcendit furibunda [ſ] rogos: enſemq; [t] recludit*
*Dardanium,* [u] non hos quæſitum munus in usûs.
*Hîc poſtquam Iliacas veſtes, notumq; cubile*
*Conſpexit, paulùm lacrymis & mente [x] morata,*
*Incubuitq; toro, dixitq; noviſſima verba:*
*Dulces [y] exſuviæ, dum fata Deusq; ſinebant,*
*Accipite hanc animam, meq; his exſolvite [z] curis.*
*Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi;*
*Et nunc [a] magna mei ſub terras ibi [b] imago.*
*Vrbem [c] præclaram ſtatui, mea mœnia vidi:*
*Vlta [d] virum, [e] pœnas inimico à fratre [f] recepi.*
*Felix, heu nimium felix, ſi littora tantùm*
*Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra [g] carinæ.*
*Dixit: & [h] os impreſſa toro: Moriemur inultæ?*

*Sed*

a) Ut meditabundi quærendi alicujus conſilii cauſa facere ſolent. b) Vitæ tædium metaph. à fatorũ ſtaminib9 deſcribit. c) Didonis nutricem Sidone mortuam, Periph. d) Ablegat nutricem, ne ſibi ſit impedimento. e) Statue huc, adduc eam; tranſitivum eſt: quemadmodum I. C. quempiam judicio ſiſtere ajunt. f) Diis inferis ſacrificantes aſpergebantur; ſuperis abluebantur. g) Aquæ, per Meton. h) Sacra expiatoria, aut piacularia ſacrificia.
i) Ut moram iniiciat ulteriorem, jubet ſeſe ad ſacrificium componere quoque nutricem Barcen.
k) Quæ maga indicarat ſolvendo amori accommoda. l) Plutoni. m) Amor. n) Pyram incendere, in quâ Æneæ imago, enſis, exuviæ.
o) Teſtudineo; movendo ſe quidem, ſed nihil promovendo.
p) Feſtinans ad mortem; metu, ne ſororis intervẽtu conſilium præpediatur. q) Oculorum.
r) Ardens moriendi ſtudium hic innuitur. ſ) Enallage numeri.
t) E vagina eripit, educit.
u) Non relictum ab Ænea, ut eo periret. x) Mortis enim horror naturæ contrarius eſt; hinc Spiritus & Carnis, vel Rationis & Affectus lucta, animum nonnihil reſtitare, mortique moram iniicere, jubet. y) Veſtes ab Ænea exutæ. z) Cruciatib9, ac dolorib9.
a) Corporis anguſtiis exuta latiùs ſe extendens; vel ex terrore corũ, quibus objectæ umbræ anguſtæ & uſitatis majores videbantur.
b) Diſputant hic Platonici, de triplici animæ vehiculo.
c) Deorum obſervat Poëta in muliebri jactantia. d) Sichæum à Pygmalione trucidatum.
e) Subductis civibus. f) Poëtica phraſis infrequens. g) Synecdoche partis. h) Ore impreſſo

**Actus Αὐτοχειρίας Didonis eſt vel**

- 1. Præparatus
  - 1. Conſilii
    - 1. agitatione.
    - 2. fine, abrumpendi vitam.
  - 2. Occaſione, Barces ablegatione, ubi
    - 1. Proſopographia quòd fuerit nutrix
      - 1. Sichæi, priſtini mariti.
      - 2. non ſua, quæ jampridem mortua.
    - 2. Mandati Forma, conſtat
      - 1. Captatione benevolentiæ, ab officio.
      - 2. Propoſitione, ut
        - 1. ſororem jubeat
          - 1. venire ad ſe.
          - 2. aqua luſtrari.
          - 3. hoſtias adducere.
        - 2. ipſa tegatur vitta religioſa.
      - 3 Ratione ab honeſto, quòd velit
        - 1. perficere ſacra Plutoni paraſta.
        - 2. curis finem imponere.
        - 3. AEneæ rogum incendere.
    - 3. Effectum, ſtudium anile celerandi gradum.
- 2. Feſtinatus,
  - 1. à geſtu & habitu funeſto,
    - 1. corpore trepida. 2. cœptis effera. 3 oculis ſanguinea. 4. genis maculoſa. 5, vultu pallida.
  - 2. ab actu
    - 1. irrumpit in interiora regiæ.
    - 2. conſcendit furibunda rogum.
    - 3. evaginat enſem, qui deſcribitur
      - 1. à poſſeſſore AEnea.
      - 2. à fine alieno.
- 3. Retardatus verbis noviſſimis, quorū
  - 1. Impulſiva
    - 1. externa, conſpectus veſtium Trojanorum & lecti genialis.
    - 2. interna, affectu & ratione colluctante, ex lachrymis.
  - 2. Adjunctus geſtus, incubuit toro.
  - 3 Forma cōſtat
    - 1. Exordio, ab affectu, ad inanimatas exuvias olim dulces.
    - 2. Propoſitione;
      - 1 accipite animam meam.
      - 2. ſolvite me cruciatu & dolore amoris.
    - 3. Ratione;
      - 1. à mortis ſuæ
        - 1 Cauſa, fort una.
        - 2 Effecto, animæ deſcenſu ad inferos.
      - 2 à priſtina felicitate ego fœmina
        - 1. extruxi Carthaginem.
        - 2. ulta virū ſumſi pœnas à fratre.
      - 3 à præſenti infelicitate,
        - 1 feliciſſima eſſem.
        - 2. niſi veniſſent Trojani.
- 4. Conſummatꝰ conſtans
  - 1 geſtu, os habens impreſſa toro.
  - 2. profatu, cujus
    - 1. propoſitio
      - 1 quærit; vel dubitat: num moriemur multæ?
      - 2 decidit: moriamur, ſic, ſic juvat ire ſub umbras.
    - 2. Ratio à fine, Æneas
      - 1. videat incendium hoc ex alto.
      - 2. ſumat hinc indicia mortis meæ.
  - 3. effectu; ῥηθὲν πραχθὲν, ad ictum ferri dictum.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0061-1

*Sed moriamur, ait,* [i] *ſic? ſic juvat ire ſub umbras.*
[k] *Hauriat hunc oculis ignem* [l] *crudelis ab alto*
*Dardanus, & noſtræ ſecum ferat omnia mortis.*
[m] *Dixerat.*

preſſo in torum. Synecdoche. i) Hæc enſe pectori jam admoto dixiſſe putanda eſt. k) Periphr. videat deſuper hunc rogū ardere. l) Atrox Antonom. m) Dictū ad ferri ictum. Dixerat & icerat.

---

—— *Atque illam media inter* [a] *talia ferro*
*Collapſam aſpiciunt comites, enſemq́; cruore*
*Spumantem,* [b] *ſparſaſq́; manûs.* It clamor ad alta
Atria: concuſſam [c] bacchatur fama per urbem.
*Lamentis, gemituque, & fæmineo* [d] *ululatu*
[e] *Tecta* [f] *fremunt,* [g] *reſonat magnis plangoribus æther:*
*Non aliter,* [h] *quàm ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis*
*Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq́; furentes*
[i] *Culmina perq́; hominum, volvantur perq́; deorum.*
*Audiit* [k] *exanimis, trepidoq́; exterrita curſu,*
*Vnguibus ora ſoror* [l] *fœdans, & pectora pugnis,*
*Per medios* [m] *ruit, ac morientem* [n] *nomine clamat:*
*Hoc* [o] *illud, germana, fuit? me* [p] *fraude petebas?*
*Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes, aræq́; parabant?*
*Quid primùm deſerta querar? comitémne ſororem*
*Spreviſti moriens? eadem me ad fata* [q] *vocaſſes:*
*Idem ambas ferro dolor, atq́; eadem hora* [r] *tuliſſet.*
*His etiam* [ſ] *ſtruxi manibus, patrioſq́; vocavi*
*Voce deos, ſic te ut* [t] *poſitâ crudelis abeſſem?*
[u] *Exſtinxi te, meq́; ſoror, populumq́;,* [x] *patreſq́;*
*Sidonios, urbemq́; tuam.* [y] *Date, vulnera lymphis*
[z] *Abluam, & extremus ſi quis ſuper halitus errat,*
[a] *Ore legam.* *Sic fata,* [b] *gradûs evaſerat altos,*
*Semianimemq́; ſinu germanam amplexa fovebat,*
*Cum gemitu, atq́; atros ſiccabat veſte cruores.*

a) Verba.
b) Morientium more rejectas.
c) Clamoribus, tumultuque omnia complet.
d) Hiatus rei convenientiſſimus.
e) Synecdoche.
f) Metaphora.
g) Hyperbole.
h) Non minor fuit luctus, animorumque perturbatio, ex unius Didonis morte, quàm ſi aut Carthago, aut Tyrus, hoſtium manibus capta, exciſaque fuiſſet.
i) Per tecta, domorū & templorū.
k) Tragicum hoc negotium decorè amplificat, à miſerabili ſororis luctu, quam præ cæteris graviùs affici conveniebat.
l) Cruentans. m) Concitato animo, ex rei novitate.
n) Ut nomine citata rediret, ſi quid vitalis ſpiritus incluſum ſupereſſet. o) Quod clam me moliebaris. p) Ut rogum, quo perires, extruerem ſacrorum prætextu
q) Vocare debueras. r) Abſtuliſſet me tecum. ſ) Rogum.
t) Quaſi ad mortem compoſita; vox funebris. u) Syncope.
x) Senatum Carthaginenſem.
y) Permittite aut date aquam.
z) Ut abluam. a) More veterum, apud quos parens, cognatꝰ, proximus, aut amicus intimus expirantem deoſculatus extremum halitum, & fugientem ore admoto excepit animam. Ut ore legere ſit idem, quod admoto ore excipere. b) Per quos ad faſtigium pyræ ſeu rogi aſcendebatur; hic autem in conum ſurgebat, pro dignitatate perſonæ celſior, aut humilior.

Illa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0062-6

Luctus Carthaginis eſt vel

- 1. Generalis, cujus
  - 1. Impulſiva eſt mors Reginæ
    - 1. cognita à famulis conſpicientibus
      - 1. collapſam ferro.
      - 2. cruore
        - 1. enſem ſpumantẽ.
        - 2. manus ſparſas.
    - 2. prodita
      - 1. clamore per atrium.
      - 2. fama per urbem bacchante.
  - 2. Adjuncta per
    - 1. Congeriem: lamenta, gemitus, fœmineus ululatus.
    - 2. Hyperbolen: reſonat magnis plangoribus æther.
    - 3. Cõparatione Carthaginis aut Tyri
      - 1. occupatæ ab hoſtibus.
      - 2. incenſæ, p ſubjecta tecta
        - 1. hominum.
        - 2. deorum.
- 2. Specialis Annæ ſororis, cujus notandus eſt
  - 1. Affectus, exanimatio & terror, ex trepidatione diſcurrentium.
  - 2. Geſtus, quo
    - 1. fœdat 1. unguibus vultum, 2. pectus pugnis.
    - 2. per medios ruens morientem inclamat.
  - 3. Affatus, qui conſtat
    - 1. Exordio pathetico, quo incuſat ſororem
      - 1. fraudis.
      - 2. ſimulatæ religionis.
    - 2. Propoſitione, per Addubitationem, quid primum queratur?
    - 3. Confirmatione, ab
      - 1. inhoneſto cujus
        - 1. Protaſis: non debueras moriens me ſpernere comitẽ.
        - 2. Ratio per Expolitionem
          - 1. debuiſſes me vocare ad eadẽ fata.
          - 2. idem dolor eâdem horâ tuliſſet ambas ferro.
      - 2. injucundo, ubi
        - 1. Protaſis; heu inſcia ſtruxi rogum, & vocavi Penates.
        - 2. Ratio; ut tu ſuper eo perires.
      - 3. inutili p diſtributionem: extinxi te, me, populũ, proceres, urbẽ.
    - 4. Clauſula, cujus
      - 1 Protaſis; date aquam ad abluendum cruorem.
      - 2 Ratio, à fine, ut ore admoto ſpiritũ ſuperſtitem excipiã.
  - 4. Actus, quo
    - 1. conſcendit rogum.
    - 2. amplexatur ſemianimem.
    - 3. ſiccat cruorem.

[a] *Illa graves oculos conata attollere, rurſus*
*Deficit, infixum ſtridet ſub pectore vulnus.*
[b] *Ter ſeſe attollens, cubitoq; innixa levavit,*
[c] *Ter revoluta* [d] *toro eſt; oculisq́; errantibus, alto*
*Quæſivit cœlo lucem,* [e] *ingemuitq́; repertâ.*
*Tum Iuno omnipotens,* [f] *longum miſerata dolorem,*
*Difficilesq́; obitûs,* [g] *Irim demiſit Olympo,*
*Quæ luctantẽ animam,* [h] *nexosq́; reſolveret artûs.*
Nam, [i] quia nec fato, meritâ nec morte peribat,
Sed miſera ante diem, ſubitoq; accenſa furore:
[k] *Nondum illi flavum* [l] *Proſerpina vertice crinem*
*Abſtulerat, Stygioq́; caput damnaverat Orco.*
*Ergo Iris* [m] *croceis per cœlum* [n] *roſcida pennis,*
[o] *Mille trahens varios adverſo Sole colores,*
*Devolat, & ſupra caput aſtitit:* [p] *Hunc ego* [q] *Diti*
*Sacrum* [r] *juſſa fero: teq́; iſto corpore ſolvo.*
*Sic ait, & dextrâ crinem ſecat: omnis & unà*
*Dilapſus* [ſ] *calor, atq́; in* [t] *ventos vita receſſit.*

a) Hypotypoſis morientis Eliſæ.
b) Alluſum volunt nonnulli ad tria bella Punica, quòd Carthaginenſes ter rebellarint, ter etiam ſint devicti.
c) Anaphora. d) In torum.
e) Quia vitæ amiſſæ jam pœnitet; ut lib. 6. Qui ſibi lethum inſontes peperere manu, lucemq; peroſi, projecere animas, quàm vellent æthere in alto nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
f) Gravem luctam vel agonem mortis.
g) Thaumantis filiam, Junonis nunciam; propterea quòd arcus cœleſtis, per eam ſignificatus, pluviam denunciet, nam Juno aëri præſidere credebatur.
h) Animi & corporis nexũ, quorũ λύσις ἢ χωρισμὸς Platoni mors eſt
i) Quia nec fatalem adimpleſſet vitæ periodũ, nec ſcelus aliquod admiſiſſet morte dignum; ſed furore amoris impulſa.
k) Parcas intelligit nondum incidiſſe ſtamina; vel ex ſuperſtitione veterum, quibus perſuaſum, morti proximos à Proſerpina primùm tonderi, & his quaſi primitiis Orco auctorari: à ritu ſacrificiorum ſumptum, ubi victimis abſciſſæ capitis ſetæ in ignem proiiciebantur.
l) Cereris filia, Plutonis ſive Ditis uxor.
m) Omnia ex ratione phyſica; eſt enim iris arcus apparens varicolor, à lumine ſolis oppoſiti refracto, in nube aquoſa, concava, & in pluviam reſolvi parata.
n) Roſcidam appellat, quòd ex humore nata ſit.
o) Hyperbolica Synecdoche numeri.
p) Crinem. q) Plutoni ac Proſerpinæ. r) Junonis juſſu.
ſ) Anima enim recedente corpus friget.
t) Ex opinione eorum Philoſophorum, qui animam aërem eſſe dicunt, adeoque evaneſcere; vel ventum, quòd ceu ventus è nexu corporis evolet.

*Dido-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0064-8

**Lucta Didonis moribundæ conſtat**

- 1. Formâ, per Hypotypoſin conatûs
  - 1. difficilis, ubi
    - 1. Protaſis: fruſtra conatur oculos tollere.
    - 2. Ratio, quia vulnus ſtridet ſub pectore.
  - 2. facilis, in
    - 1. ternâ
      - 1. elevatione.
      - 2. revolutione.
    - 2. luce
      - 1. quæſita oculis errantibus.
      - 2. inventa cum gemitu.
- 2. Eventu, qui eſt
  - 1. Junonis Legatio, cujus
    - 1. Impulſiva
      - 1. interna; commiſeratio.
      - 2. externa; difficultas moriendi.
    - 2. Adminiſtra Iris, à ſubjecto termino à quo, demiſſa Olympo.
    - 3. Finis, qui
      - 1. Proponitur: ut luctantem animam corpore ſolveret.
      - 2. Probatur à cauſa luctæ difficilis,
        - 1. mortis conditione, per
          - 1. ἄρσιν, quia non peribat morte
            - 1. fatali.
            - 2. naturali.
          - 2. θέσιν, ſed morte voluntaria, acta furore.
        - 2. crinis reſectione nondum peracta,
          - 1. à Cauſa, Proſerpina, quæ nondum abſtulit flavum crinem.
          - 2. ab Adjuncto, nec dum caput deſtinavit morti.
  - 2. Iridis expeditio abſolvitur
    - 1. Volatu, cujus
      - 1. adminiculum, pennæ.
      - 2. ſubjectum, aër.
      - 3. adjunctum, color multiplex.
    - 2. Statu vel ſitu, ſupra caput Didonis.
    - 3. Profatu, cujus
      - 1. Propoſitio: ego hunc crinem fero Diti ſacrum.
      - 2. Ratio, à fine: ut animam tuam, corpore ſolvã.
    - 4. Actu, crinis reſectione.
    - 5. Eventu, exhalatione.
      - 1. caloris nativi.
      - 2. vitæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0065-3

# DIDONE MORTVA
*quid acciderit.*

DIdone fatis perfuncta, mox ab Jarba Getulorum rege, Carthago occupatur. Anna, relictâ Africâ, in Melitam inſulam fugit: ibiq; perhumaniter à Batto rege, qui tum illic regnabat, excepta, biennium habitavit. Verum, cum à Pygmalione, Annæ, Didoniſq; fratre, ob hoſpitium Annæ præbitum, bello Battus peteretur, eidem ſuadere cœpit, ut aliò ſe conferret. Illa navi conſcenſa, recto curſu in agrum Laurentum delata fuit, ubi tum, pacatâ Italiâ, Æneas, ductaq; uxore Lavinia, affluentiſſimis Latinorum opibus imperabat. Offendit hic caſu in littore cum uno Achate illum nudis pedibus ambulantem: qui Annam errantem ibi cõſpicatus, vix ſibi credens, eam ipſam eſſe; tandem & agnovit, & agnitam allocutus eſt, auditoq; Didonis caſu, ſecum eam in Regiam deduxit, ibiq; manere juſſit. Verum, cũ forte Lavinia uxor, pellicem ſibi eam ante oculos adductam ſuſpicaretur, Annæ inſidiari cœpit. Quæ à Didone in ſomnis monita, ut ſuſpectum hoſpitium fugeret, per feneſtram nocte dilapſa, ad amnem Numicium venit, ac in eum ſe præcipitavit. Poſtridie inſanis clamoribus per Laurentem agrum diu quæſita fuit: ſed cum præter veſtigia ad fluvium usq; nil appareret, viſa eſt clamantibus ex fluvio clarè reſpondere: Placidi ſunt nympha Numici, Amne perenne latens, Anna Perenna vocor. Itaq; deinde pro Dea coli cœpit. Sed fabuloſa planè hæc eſt de Ænea & Didone Tragœdia; veruntamen à Poëta ſummo, quàm ingenioſiſſimè, ſubtiliſſimeque, inventa & excogitata, atque ſplendidiſſimè tractata: cæterùm ipſam Hiſtoriæ veritatem ſupra in Notis legere licet breviſſimè expreſſam.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0066-9

71 B 1/4,8,1

ULB Halle 3
005 129 184

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0067-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0068-0

4

# ANALYSIS

Quarti Æneidos,

# IDONI

GINIS REGINÆ,

ortam,

*ex*

ORIS INSANIA,

&

EÆ CONSTANTIA,

OXEIPIAN,

OTIS & TABULIS

delineans.

*Opera*

HI SEIZII, *p. t. Rect. Gymnaſii*

*Patrii Svevo-Halenſis.*

HALÆ SUEVORUM,

s, excud. typis Johan-Reinhardus Laidig/

ræ Chriſtianæ M DC LV I.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356859-p0069-9